B ἤδη ἐγγίσαι, τὸν δέ γε Μελισσηνὸν Νικηφόρον περὶ τὴν Δάμαλιν φθάσαντα οὐχ ἧττω τούτων δύναμιν ἔχοντα καὶ τῆς βασιλείας ὡσαύτως ἀντιποιούμενον, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, μηδ' ἀντιπαλαμᾶσθαι δυνάμενος πρὸς ἄμφω τὰ μέρη, ὑπὸ τοῦ γήρως ὑπόψυχρός τε ὢν καὶ μᾶλλον περιδεής, κἂν ἐν νεότητι ἀνδρικώτατος ἦν, τοσοῦτον μόνον τότε ἀνέπνει, ὁπόσον αὐτὸν ἡ τοῦ τείχους περιβολὴ διεζώννυε, καὶ ἀπενενεύκει μᾶλλον πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἐκστῆναι. ἔνθεν τοι καὶ ἔκπληξις κατεῖχε καὶ θόρυβος ἅπαντας, καὶ ἁλώσιμα

3. ὑπέρ G. 4. τοῦ om. G. 6. ἀνέγειρεν P. 10. καὶ tertium om. G. 11. γε om. A. Κομν. ἀποστασίαν ὁρῶν A. 13. ἐπαγομένην CG, ἐγγίζουσαν A. 19. τότε μόνον P. ἀνέπνει em. Diesterwegius, codices ἀπέπνει. 20. αὐτῷ A.

ad Byzantium vergens, reliquis duobus ad septentrionem et occidentem spectantibus, omni vento expositus, liquidae et bibendo idoneae aquae fontes habens perennes, plantis autem atque arboribus adeo infecundus, ut a lignatoribus abrasum diceres. ibi imperator Romanus Diogenes, amoenitatem loci et coeli temperiem secutus, brevis rusticationis causa magnifica et regibus apta aedificia exstruxit. quo cum pervenissent, miserunt qui muros tentarent urbis, non turribus aut machinis, cum id ne per tempus quidem liceret, sed peltastis, iaculatoribus, hastatis et gravis armaturae militibus missis.

9. Sed Botaniates, cum et Comnenos magno ac variis ex hominibus conflato exercitu ad ipsas urbis portas iamiam appropinquasse, et Melissenum Nicephorum Damalim pervenisse haud minoribus copiis parique principatus invadendi consilio cognosset, animi anxius et utrique obsistendo impar, ad hoc propter senectutem ignavus atque timidior, licet adolescens fuisset fortissimus, tantum a metu tum respirabat, quantum moenibus circumseptus erat, nec ab imperio

πάντα ἐδόκει γενήσεσθαι πάντοθεν. ὡς δὲ δυσχερὴς ἡ τῆς πόλεως ἅλωσις τοῖς Κομνηνοῖς κατεφαίνετο, (αἱ δὲ δυνάμεις ἐκ διαφόρων ξενικῶν τε καὶ ἐγχωρίων συνελέγοντο· ὅπου δὲ C πληθὺς διάφορος, ἐκεῖ καὶ τὸ τῆς γνώμης διάφορον καταφαίνεται,) βλέπων ὁ τὸ νέον ἐνδεδυκὼς πέδιλον Ἀλέξιος τὸ δυσάλωτον τῆς πόλεως καὶ τὸ τῶν στρατιωτῶν παλίμβολον ὑποτοπάζων, εἰς ἑτέραν ἐτράπετο γνώμην, ἵνα θωπείαις τισὶ καὶ ὑποσχέσεσιν ὑποποιησάμενός τινας τῶν φυλαττόντων τὰ τείχη καὶ κλέψας αὐτῶν τὴν γνώμην, οὕτως αἱρήσῃ τὴν πόλιν. ταῦτα δι' ὅλης τῆς νυκτὸς μελετήσας, εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ καίσαρος ἅμα πρωῒ παραγίνεται, ἀπαγγέλλων τὰ σκοπηθέντα καὶ ἀξιῶν ἅμα συνέψασθαί οἱ καὶ κατασκοπῆσαι τὰ τείχη καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀναθεωρῆσαι καὶ τοὺς φυλάσσοντας D (ἦσαν γὰρ ἐκ διαφόρων) καὶ διαγνῶναι, ὅπως δυνατόν ἐστιν ἁλῶναι τὴν πόλιν. ὁ δὲ βαρέως τοὐπίταγμα ἔφερεν, ἅτε τὸ μοναχικὸν οὔπω πρῴην περιβεβλημένος ἀμφίον, καὶ συνεὶς ὅτι καταγελῷτο ἂν ὑπὸ τῶν περὶ τὸ τεῖχος ἱσταμένων καὶ τὰς ἐπάλξεις, εἰκότως τὸν πλησιασμὸν τῶν τειχῶν ἀνεδύετο. ὅπερ καὶ πέπονθεν. ὡς γὰρ βιασθεὶς τῷ Ἀλεξίῳ συνηκολούθηκεν, εὐθὺς αὐτὸν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἑωρακότες τὸν P. 62 ἀββᾶν μετά τινος προσθήκης ὑβριστικῆς διετώθαζον. ὁ δὲ

2. δὲ : an γάρ? 5. ἐνδεδυμένος G, ἐμβεβηκὼς A. 10. ταῦτα δὲ ὅλης P, δι' G, καὶ δὴ δι' ὅλης A. τῆς add. A. 12. συνέψεσθαί A. 16. οὐ πάνυ πρῴην A. βεβλημένος A. 18. τὸν om. G. 21. ἀβᾶν A.

abdicando abhorrebat. quo factum est, ut etiam cives trepidarent, et expugnari omnia undique posse viderentur. at Comnenis cum urbem vi capere difficillimum videretur, (nam copiae eorum ex omni genere peregrinorum aeque atque indigenarum collectae erant; ubi autem multitudo varia est, ibi varia etiam apparent studia,) itaque cum Alexius, novus imperator, urbem haud facile capi posse intelligeret et militum inconstantiam pertimesceret, consilio mutato, blanditiis ac promissis nonnullos ex iis, qui moenia defenderent, sibi conciliare eorumque voluntatem quasi furari statuit; quorum auxilio urbem caperet. quod cum tota nocte animo versasset, primo mane in Caesaris tentorium se confert, consilium cum eo communicat rogatque, ut moenia et propugnacula eorumque custodes, qui varii erant generis, secum exploratum iret et quomodo urbe potiri posset, specularetur. sed is aegre adduci poterat. cum enim monachi vestem haud ita pridem induisset, merito verebatur, ne si moenibus accederet, risui esset iis, qui in muro turribusque consisterent. neque id eum fefellit. cum enim invitus Alexium secutus esset, statim conspicati ex muro, patrem eum irridendo salutabant, opprobrio quodam ad-

ἐπισυνάξας τὸ ἐπισκύνιον καὶ ἔνδοθεν ὑβριζόμενος παρ' οὐδὲν ἐλογίζετο, πρὸς δὲ τὸν προκείμενον σκοπὸν ὅλον εἶχε τον νοῦν. εἰώθασι γὰρ οἱ φρόνημα στάσιμον ἔχοντες ἐμμένειν ἐφ' οἷς ἂν κρίνωσι, τῶν δ' ἔξωθεν ἐπισυμβαινόντων καταφρονεῖν. ἐπυνθάνετο γοῦν, τίνες ἂν εἶεν οἱ ἑκασταχοῦ τοὺς πύργους φυλάσσοντες. ὡς δὲ ἐνταῦθα μὲν ἐφεστάναι τοὺς ἀθανάτους λεγομένους ἐμάνθανε, (στράτευμα δὲ τοῦτο τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον,) ἐκεῖσε δὲ τοὺς ἐκ τῆς Θού- B *λης Βαράγγους, (τούτους δὴ λέγω τοὺς πελεκυφόρους βαρβάρους,) ἀλλαχόσε δὲ τοὺς Νεμίτζους, (ἔθνος δὲ καὶ τοῦτο βαρβαρικὸν καὶ τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν,) φησὶ πρὸς τὸν Ἀλέξιον παραινῶν, μήτε τοῖς Βαράγγοις ἐμβαλεῖν, μήτε τοῖς ἀθανάτοις προσεμβαλεῖν. οἱ μὲν γὰρ αὐτόχθονες ὄντες τῷ βασιλεῖ, πολλὴν τὴν εἰς αὐτὸν ἐξ ἀνάγκης* V. 54 *ἔχοντες εὔνοιαν, θᾶττον ἂν τὰς ψυχὰς παραδοῖεν ἢ πονηρόν τι κατ' αὐτοῦ μελετῆσαι πεισθήσονται· οἱ δέ γε ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντες πάτριον παράδοσιν καὶ οἷον παρακαταθήκην τινὰ καὶ κλῆρον τὴν εἰς τοὺς αὐτοκράτορας πί-* C *στιν καὶ τὴν τῶν σωμάτων αὐτῶν φυλακὴν ἄλλος ἐξ ἄλλου διαδεχόμενοι, τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν ἀκράδαντον διατηροῦσι καὶ οὐδὲ ψιλὸν πάντως ἀνέξονται περὶ προδοσίας λόγον. τῶν δέ γε Νεμίτζων ἀποπειρώμενος, ἴσως οὐ πόρρω βαλεῖ σκοποῦ, ἀλλ' εὐτυχήσει τὴν εἴσοδον ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν τηρουμένου πύρ-*

1. *ἐπισκήνιον* A. 2. *πρὸς δὲ* : *ἀλλ' ἐπὶ* A. 4. *κρίνωσιν* P. 11. *δουλεύων* PG, correxi. 18. *καὶ κλῆρον* om. CG. 22. *ἀποπειρώμενον* — *βάλλειν* A.

dito. at ille attracto in frontem cucullo, ubi se intus abdidit, convicia nihili duxit, toto animo ad ea, quae agenda erant, intentus. solent enim, qui constanti sunt animo, perseverare in proposito et quae extrinsecus interveniunt, contemnere. explorabat igitur, quinam quibusque turribus praesidio essent. cumque immortales quos dicunt, (est ea maxime peculiaris exercitus Romani pars) hic praesidere cognovisset, illic Barangos Thule oriundos, (barbaros dico securibus armatos) alibi Nemitzos, gentem et ipsam barbaram et dudum Romanis servientem, suasit Alexio, ut neque Barangos neque immortales aggrederetur. hos enim, utpote indigenas, necessario summa erga imperatorem voluntate esse et mortem potius oppetituros, quam ad aliquid in eum moliendum adducerentur; qui autem securim humero ferrent, tanquam pignus et hereditatem a maioribus traditam accepisse in imperatores fidem eorumque custodiam, quam inviolatam servarent neque ullam omnino proditionis mentionem ferrent. at Nemitzos si adiret, nequaquam fortasse a spe destitutum iri, sed aditum per

γου. πείθεται τοίνυν τὸ ἐντεῦθεν Ἀλέξιος τοῖς τοῦ καίσαρος λόγοις, ὥσπερ ἐκ θείας ὀμφῆς τούτους δεξάμενος. διά τινος οὖν ἀποσταλέντος παρ' αὐτοῦ τὸν ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων κάτωθεν ἐπιμελῶς ἀνεζήτει· ὁ δὲ ἄνωθεν προκύψας, πολλά τε εἰπὼν καὶ ἀκούσας, συντίθεται ταχὺ προδοῦναι τὴν πό- D λιν. ἧκεν οὖν τὴν ἀγγελίαν ταύτην κομίζων ὁ στρατιώτης. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον τὸ παρ' ἐλπίδας, περιχαρεῖς γενόμενοι, μάλα προθύμως ἐπιβαίνειν τοῖς ἵπποις ἡτοιμάζοντο.

10. Ἅμα δὲ τούτοις καὶ οἱ τοῦ Μελισσηνοῦ πρέσβεις σφοδρῶς ἐπέκειντο ἀπαιτοῦντες τὸν ὑπεσχημένον χρυσόβουλλον λόγον. καὶ ὁ Μαγγάνης εὐθὺς μετεκαλεῖτο κομίσων αὐτόν. ὁ δὲ τὸν μὲν χρυσόβουλλον λόγον γεγραμμένον ἔχειν ἔλεγε, τὸ δέ γε χρησιμεῦον σκεῦος εἰς τὰς βασιλικὰς ὑπογραφὰς αὐτῇ γραφίδι ἀπολωλεκέναι διισχυρίζετο, κρυψίνους ὢν ἀνὴρ καὶ δεινὸς τὸ μέλλον ῥᾷστα προϊδεῖν καὶ ἐκ μὲν τοῦ P. 63 παρεληλυθότος θηρᾶσαι τὸ συνοῖσον, τὸ δέ γε ἐνεστὸς ἀκριβῶς διαγνῶναι καὶ πρὸς ὅπερ ἂν βούλοιτο εὐφυῶς μετενεγκεῖν, ἐπισκιάσαι τε πράγματα, εἰ μόνον θελήσῃ. ἀνεβάλλετο γὰρ τὴν τοῦ χρυσοβούλλου γραφὴν ὁ Μαγγάνης, μετεώρους τὰς ἐλπίδας διδοὺς τῷ Μελισσηνῷ. ἐδεδίει γάρ, μὴ τοῦ χρυσοβούλλου τάχιον ἢ προσήκει καταπεμφθέντος αὐτῷ, ᾧ

2. τούτους C, τοῦτο A, τούσδε PG. 7. ἐλπίδα A. 14. εἰς: πρὸς C. 15. αὐτῇ A, σὺν τῇ PG. ἀπολολωκέναι PG, recte A. κρυφίνους P. 17. τὸ συν. G, τι P. 19. τε C, τὸ PG. πράγματα P in margine, πρᾶγμα PG. μόνον C et in margine P, μὴ PG. 22. προσῆκε P. ᾧ G, ὃ P, ὅς A.

turrem, quam tuerentur, nacturum. haec velut oraculo edita Alexius accipiens, misit, qui Nemitzorum ducem sub murum diligenter quaereret. illo deorsum prospectante, post multa ultro citroque verba habita, de urbe prodenda convenit. quem nuntium cum ex insperato miles attulisset, Alexius quique eum comitabantur, magnopere gavisi, alacriter ad equos conscendendos se pararunt.

10. Quae dum geruntur, Melisseni legati bullam auream promissam flagitarunt. Manganes statim arcessitus qui afferret, scriptam quidem bullam esse dixit, verum vas, quo ad subscribendum imperatori opus esset, cum ipso stilo se perdidisse affirmavit. etenim callidus erat homo, futura facile prospiciebat, ex praeteritis, quid utile esset, captabat, praesentia diiudicabat verissime atque ad voluntatem suam callide transferebat, miro praeditus artificio, res, dummodo vellet, tegendi. itaque differebat litteras conscribere, quo suspensas Melisseni spes teneret. ad quem si bulla aurea, qua caesaris dignitatem

τὴν τοῦ καίσαρος ἀξίαν τούτῳ κατεχαρίζετο, τὸν καίσαρα μὲν ἀποπέμψαιτο, τῆς δὲ βασιλείας ὅλως ἐξέχοιτο, καθάπερ καὶ πρὸς τοὺς Κομνηνοὺς διαμεμηνυκὼς ἦν, καὶ σπου- B δάσειέ τι θρασύτερον. καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη καὶ τὸ μαγγάνευμα τοῦ Μαγγάνη περὶ τὴν ἀναβολὴν τοῦ χρυσοβούλλου λόγου τοῦ καίσαρος. τούτων οὕτω τελουμένων καὶ τοῦ καιροῦ κατεπείγοντος τὴν πρὸς τὴν πόλιν εἴσοδον, ὑποτοπάζοντες οἱ πρέσβεις τὸ δρᾶμα, σφοδρότερον ἐνέκειντο, ἐξαιτούμενοι τὸν χρυσόβουλλον λόγον. οἱ δὲ Κομνηνοί φασι πρὸς αὐτούς "ἐπεὶ ἐν χερσὶν ἤδη τὴν πόλιν ἔχοντες ἄπιμεν, θεοῦ ἐπαρήγοντος, ἐφ' ᾧ κατασχεῖν αὐτήν, ἀπελθόντες ἀπαγγείλατε ταῦτα τῷ δεσπότῃ καὶ κυρίῳ ὑμῶν," καὶ τοῦτ' ἐπειπόντες, ὡς "εἴ γε κατ' ἐλπίδας ἡμῖν ἀπαντήσει τὰ πράγματα, C σοῦ πρὸς ἡμᾶς παραγενομένου, πάντα κατὰ ῥοῦν ἀκολουθήσειε καὶ κατὰ τὸ ἡμῖν καὶ σοὶ βουλητόν." ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς πρέσβεις. τὸν μέντοι Γεώργιον τὸν Παλαιολόγον πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων Γιλπράκτον ἐξέπεμψαν, ἀπόπειραν ποιήσασθαι τῆς γνώμης Γιλπράκτου, καὶ εἰ διαγνοίη προθυμούμενον δέξασθαι κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν τοὺς Κομνηνούς, τὸ δοθὲν αὐτῷ σύνθημα ποιῆσαι, ὅπερ αὐτοὶ μὲν θεασάμενοι ἐπισπεύσουσι τὴν εἰσέλευσιν, αὐτὸς δὲ εἰς τὸν πύρ-

1. χαρίζετο P, ἐχαρίζετο A, κατεχαρίζετο CG. 2. ἀποπέμψοιτο CA, ἀποπέμψατο G. ὅλος C. 4. μαγγάνωμα G. 5. τοῦ χρυσ. : τῷ C. χρυσοβουλλίου A. 8. σφοδρώτερον PG, recte A 9. χρυσοβούλλιον A. 11. κατασχεῖν αὐτὴν θεοῦ ἐπαρήγοντος C, θεοῦ ἐπαρ. ἐφ' ᾧ κατασχεῖν G. 12. ἡμῶν A. 13. γε om. GA. ἀπαντήσει CA, ἀπαντήσῃ PG. 14. πρ(ὸ)ς(ὶ)ου γενομένου C et in margine PG. 18. Γιλπράκτου : αὐτοῦ A. 21. ἔλευσιν G.

ei largiretur, celerius, quam necesse erat, perveniret, verebatur, ne contemto hoc honore, imperium omnino, quemadmodum ipse Comnenis significaverat, appeteret et in facinus aliquod audax prorumperet. hoc igitur consilium et mangonium erat Manganis, cum bullam auream caesaris conscribere procrastinaret. tempore autem instante, quo Comneni in urbem invasuri erant, ubi legati dolum suspectarunt, vehementius instabant bullam auream poscere. quibus Comneni haec fere respondent. "quoniam in manibus urbs est, quam ut iuvante deo recipiamus, iam movemus, ite atque hoc ipsum domino vestro renuntiate, illudque addite, si prospere res procedant, facile omnia, cum ipse ad nos venerit, ex utriusque nostrum sententia conventura." legatis ita dimissis, Georgium Palaeologum ad ducem Nemitzorum Gilpractum miserunt, animum eius exploraturum. quem si paratum, ut promiserat, ad intromittendos Comnenos cognovisset, signum condictum daret; eoque conspecto

γον ἀνελθών, θᾶττον αὐτοῖς τὰς πύλας ὑπανοίξει. ὁ δὲ μάλα προθύμως τὴν πρὸς τὸν Γιλπράκτον ὁδοιπορίαν ἀνεδέξατο, πρόθυμος ὢν ἀνὴρ εἰς τὰς πολεμικὰς πράξεις καὶ πό- V. 55
λεων ἐκπορθήσεις, καὶ τοῦτ' αὐτὸ τειχεσιπλήτης αὐτόχρημα D
εἴπες ἄν, ὃ περὶ Ἄρεος Ὅμηρος. οἱ δὲ Κομνηνοὶ ὁπλισάμενοι καὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν ἐμπείρως πάνυ καταστησάμενοι, βραδεῖ ποδὶ στείχοντες, ἰλαδὸν πρὸς τὴν πόλιν ἀπῄεσαν. ἑσπέρας οὖν πελάσας τῷ τείχει ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος καὶ σύνθημα ἀπὸ τοῦ Γιλπράκτου λαβών, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν πύργον μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν. οἱ δέ γε ἀμφὶ τὸν Ἀλέξιον τέως μὲν ὀλίγον τι πρὸ τῶν τειχῶν γεγονότες, χάρακά τε βάλλονται καὶ στρατοπεδεύουσι λαμπρῶς. καὶ βραχύ τι μέρος τῆς νυκτὸς ἐπ' αὐτοῦ αὐλισάμενοι, τὸ λοιπὸν αὐτοὶ τὸ μεσαίτατον εἶχον τῆς φάλαγγος ἅμα τοῖς τῶν ἱππέων ἐπιλέκτοις καὶ τῇ κρείττονι στρατιᾷ, τότε ψιλὸν διατάξαντες, βάδην τε προ- P. 64
ϊόντες, κατ' αὐτὸ τὸ περίορθρον πρὸ τῶν τειχῶν ἀθρόον καθίστανται. καὶ πολέμου σχῆμα διατυπώσαντες, ἐσιδηροφόρουν ξύμπαντες, ἵνα τοὺς ἐντὸς καταπλήξαιεν. σύνθημα δὲ ἄνωθεν δόντος αὐτοῖς τοῦ Παλαιολόγου καὶ τὰς πύλας ἀνοίξαντος, συμμίγδην εἰσῄεσαν, οὐ σὺν εὐταξίᾳ στρατιωτικῇ, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἕκαστος, ἀσπίδας καὶ τόξα καὶ δόρατα φέροντες. ἡ δὲ ἡμέρα πέμπτη ἦν ἡ μεγάλη, καθ' ἣν τὸ μυστικὸν πάσχα θύομεν ἅμα καὶ ἑστιώμεθα, ἐπινεμήσεως τετάρτης

2. μάλα om. P. ἐδέξατο A. 3. ὁ ἀνὴρ A. τὰς om. CA. 11. πρὸς G. 12. βραχὺ PG, ὀλίγον A. 15. lege τό τε. 19. αὐτοῖς om. A. ἀνοίξαντος, ἃς τῆς χαρσίου κικλήσκονται A. 23. ἅμα : τε A. ἐπὶ νεμήσεως PG, recte A.

ipsi sine mora in urbem festinarent, Georgius autem, celeriter turri ascensa, portas aperiret. libentissime hic ad Gilpractum iter suscepit, quippe qui promptus ad bellica facinora et urbium expugnationes esset, ut illud ipsum τειχεσιπλήτης, quod de Marte Homerus dicit, quadrare in eum videretur. Comneni, universo exercitu instructo et perite ordinato, lente progressi, ad urbem turmatim accesserunt. vespere autem Georgius Palaeologus ad muros appropinquavit et, signo a Gilpracto accepto, in turrim ascendit cum suis. interim Alexius, haud procul ab urbe vallum iecit castraque bene metatus est. postquam exiguam noctis partem ibi consedit, presso gradu incedens, (ipse cum lectis equitibus et militum flore mediam aciem tenebat, velitibus in agmina partitis,) diluculo ipso sub moenibus copiis omnibus constitit. milites in speciem praelii erant armati, ut qui intus erant, percellerentur. verum ubi Palaeologus signum de muro dedit portasque aperuit, promiscue irruunt, non servato ordine, sed te-

ἔτους ͵ϛφπθ΄ μηνὸς Ἀπριλλίου. καὶ οὕτως ἅπαν τὸ στρατό-
B πεδον ἐκ ξενικῆς τε καὶ ἐγχωρίου δυνάμεως, ἔκ τ' αὐτοχθόνων καὶ τῶν παρακειμένων χωρῶν συνεληλυθός, τὴν πόλιν ἐκ πολλοῦ παντοίοις εὐθηνοῦσαν εἴδεσιν, ἐξ ἠπείρου τε καὶ θαλάσσης συνεχῶς ἀρδομένην γινώσκοντες, ἐν βραχεῖ χρόνῳ διὰ τῆς Χαρσίου πύλης εἰσεληλύθασιν, ἁπανταχοῦ σκεδασθέντες περί τε τὰς λεωφόρους περί τε τὰς τριόδους καὶ ἀμφόδους, μὴ οἰκιῶν, μὴ ἐκκλησιῶν, μηδὲ αὐτῶν τῶν ἱερῶν ἀδύτων τὸ παράπαν φειδόμενοι, ἀλλὰ λείαν πολλὴν ἐκεῖθεν ἐπισυνάγοντες, τοῦ μέντοι ἀποκτείνειν μόνον ἀφιστάμενοι, τὰ δ' ἄλλα πάντα ἰταμῶς πάντῃ καὶ ἀναισχύντως ποιοῦντες. τὸ δὲ
C δὴ χεῖρον, ὅτι οὐδὲ οἱ αὐτόχθονες τῶν τοιούτων ἀφίσταντο πράξεων, ἀλλ' οἷον ἐκλαθόμενοι ἑαυτῶν καὶ τὰ σφῶν ἤθη ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀμείψαντες, ἀνερυθριάστως καὶ αὐτοί, ἅπερ οἱ βάρβαροι, ἔπραττον.

11. Ταῦτα δὲ ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος ὁρῶν καὶ ὡς τὰ κατ' αὐτὸν ἐν στενῷ κομιδῇ κατήντηκεν, ἀπό τε τῆς δύσεως πολιορκουμένης τῆς πόλεως, ἀπό τε τῆς ἕω Νικηφόρου τοῦ Μελισσηνοῦ περὶ τὴν Δάμαλιν ἤδη αὐλιζομένου, μὴ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειε, τῷ Μελισσηνῷ προτεθύμητο τῶν πρωτείων μᾶλλον παραχωρῆσαι. κατασχεθείσης δὲ τῆς πόλεως

1. ἔτους ͵εφπα΄ A. μηνὶ ἀπριλλίῳ CG. Ἀπριλίου P. στράτευμα A. 6. χαρσίου P, διὰ τῆς εἰρημένης πύλης A. εἰσηληλύθασιν διὰ — πύλης P. 7. περὶ alterum : διὰ A. 10. μόνου P. 12. ἀφιστάντες A. 16. δὲ om. A. 17. τῶν δύσεων A. 18. ἀπό τε τῆς ἕω om. C. 19. ἤδη om. G.

mere, ut fors ferebat, clypeis, arcubus hastisque instructi. erat dies quintus magnae hebdomadis, quo mysticum pascha et sacrificamus et comedimus, indictione quarta, anni 6589 mense Aprili. ita universus exercitus, peregrinis indigenisque militibus constans, in urbem, quam dudum omnis generis opibus ac terra marique continuo importatis divitiis refertam norant, celeriter per Charsiae portam invasere et per omnes plateas, per trivia et bivia vagantes, non a domibus, non ab ecclesiis, nec ab ipsis quidem locis, quae adire nefas est, abstinebant, opulenta inde praeda capta. modo a caedibus temperabant; ceterum audacia et libidine grassabantur. quodque peius erat, ne indigenae quidem ab eiusmodi facinoribus se continebant; sed sui quasi obliti et moribus in peius mutati, impudenter eadem, quae barbari, perpetrabant.

11. Haec cum Nicephorus videret et quantis difficultatibus circumventus esset perspiceret, Comnenis ab Occidente instantibus et ab Oriente Melisseno prope Damalim iam considente, consilii inops Melisseno maluit de principatu cedere. obsessa autem iam urbe a

ἤδη παρὰ τῶν Κομνηνῶν, μετακαλεσάμενός τινα τῶν πιστοτέρων θεραπόντων αὐτοῦ, παρεκελεύετο διὰ τοῦ στόλου τὸν Μελισσηνὸν εἰσάγειν εἰς τὰ βασίλεια, ᾧτινι συνείπετο καὶ D σπαθάριός τις ἀνὴρ μαχιμώτατος. πρὸ δὲ τοῦ φθάσαι εἰς ἔργον τὸν λόγον, ἡ μὲν πόλις ἑάλω, ὁ δὲ Παλαιολόγος ἕνα τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀναλαβόμενος, πεζῇ κάτεισιν ὡς πρὸς θάλασσαν πορευόμενος. περιτυχὼν δέ τινι ἀκατίῳ, εἴσεισιν εὐθὺς καὶ τοῖς ἐρέταις παρεκελεύετο, ὅπου ὁ στόλος κατὰ τὸ εἰθισμένον προσώρμιστο, ἀπευθῦναι τὸ σκάφος. ἐγγίζων δὲ ἤδη πρὸς τὴν περαίαν, ὁρᾷ τὸν παρὰ τοῦ Βοτανειάτου ἀποσταλέντα ἐφ' ᾧ τὸν Μελισσηνὸν διαπεραιῶσαι, τὸν στόλον εὐτρεπίζοντα, καὶ τὸν σπαθάριον ἐντὸς μιᾶς τῶν πολεμικῶν νηῶν. V. 56 P. 65 γνωρίσας οὖν αὐτὸν πόρρωθεν, πάλαι συνήθη τοῦτον ἔχων, παραπλεύσας καὶ προσειπὼν αὐτῷ τὰ συνήθη, ἐπυνθάνετο ὅθεν καὶ ὅπῃ πορεύεται, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ ἀναλαβέσθαι αὐτὸν ἠξίου. ὁ δὲ σπαθάριος ξιφήρη τοῦτον ὁρῶν καὶ ἀσπίδα κατέχοντα, δειλιάσας φησὶ πρὸς αὐτόν "εἰ μή σε οὕτω καθωπλισμένον ἑώρων, περιχαρῶς ἂν ἐδεξάμην." ὁ δὲ μάλα προθύμως καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸν ἀκινάκην καὶ τὴν κόρυθα ἀποθέσθαι κατετίθετο, εἰ μόνον θελήσει τοῦτον ἀναλαβέσθαι. ὡς δὲ καταθέμενον αὐτὸν τὰ ὅπλα ὁ σπαθάριος ἐθεάσατο, παρεκεχωρήκει τηνικαῦτα αὐτῷ τῆς εἰς τὸ ἴδιον πλοῖον εἰσελεύσεως, καὶ περιπλακεὶς κατησπάζετο μάλα περιχαρῶς. ὁ

2. θεραπόντων om. PA, add. CG et in margine P. διὰ τοῦ στόλου om. PA, add. CG et in margine P. 9. ἀπευθῦναι P. 10. κεραίαν CGA. 21. αὐτὸν om. G.

Comnenis, uni e fidissimis administris mandavit, ut Melissenum classe in regiam adduceret; comitabatur eum spatharius quidam fortissimus. at priusquam imperatum perfici posset, urbs capitur. ac Palaeologus quidem, uno e suis assumto, ad mare pedibus descendit. ubi cum naviculam invenisset, statim ea conscensa, remiges recta in locum vehi iubet, ubi classis pro more stationem habebat. iamque appropinquabat ulteriori ripae, cum illum, qui a Botaniate ad Melissenum arcessendum missus erat, classem expedientem conspexit; spatharius una e navibus bellicis vehebatur. quem simulac e longinquo cognovit, (nam familiaris eius olim erat,) adnavigavit et salute dicta, cum unde et quo proficisceretur percontatus esset, rogavit, ut se in navem admitteret. sed spatharius, qui eum scuto gladioque instructum conspiceret, metu affectus, "libenter, inquit, exciperem, nisi te viderem armatum." ille sine detrectatione paratum se ostendit et scutum et gladium et galeam deponere, modo in navem se recipere vellet. atque ubi arma eum spatharius posuisse vidit, in navem admisit et

B ὁ δὲ Παλαιολόγος, ὀβριμοεργὸς ὢν ἀνήρ, οὐδὲ πρὸς βραχὺ περιμείνας, ἔργου ἥπτετο. καὶ ὡς πρὸς τὴν πρῷραν ἁλλόμενος τοὺς ἐρέτας ἐπυνθάνετο "τί" λέγων "ποιεῖτε καὶ ὅπη πορεύεσθε κατὰ τῆς σφῶν κεφαλῆς κακὰ μέγιστα ἐπενεγκεῖν πραγματευόμενοι; ἡ πόλις, ὡς ὁρᾶτε, ἑάλω. ὁ ποτε μέγας δομέστικος νῦν βασιλεὺς ἀνηγόρευται· καὶ τοὺς ὁπλοφόρους ὁρᾶτε καὶ τῆς εὐφημίας ἀκούετε· καὶ οὐκέτι χώραν ἕτερος ἐν τοῖς βασιλείοις ἕξει. καλὸς μὲν οὖν ὁ Βοτανειάτης, ἀλλὰ καὶ οἱ Κομνηνοὶ πολλῷ κρείττονες. πολλὴ ἡ τοῦ Βοτανειάτου στρατιά, ἀλλὰ πολλαπλάσιος ἡ ἡμετέρα. οὐ χρὴ τοιγαροῦν τὴν σφῶν αὐτῶν ζωήν, τάς τε γυναῖκας καὶ τοὺς
C παῖδας προδοῦναι, ἀλλὰ δὴ τὴν πόλιν περιαθρήσαντας καὶ τὸ ὁπλιτικὸν ἅπαν ἐντὸς αὐτῆς θεασαμένους, τάς τε σημαίας καὶ τὴν εὐφημίαν λαμπρὰν γινομένην ἀκούοντας, τόν τέ ποτε μέγαν δομέστικον νῦν βασιλέα τοῖς βασιλείοις πελάζοντα καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤδη περιζωννύμενον, πρύμναν τε κρούσασθαι καὶ ἑτεραλκέα τὴν νίκην ποιησαμένους αὐτῷ προσελθεῖν." οἱ δὲ τηνικαῦτα τοῖς τούτου λόγοις ὑπείξαντες, πάντες τῆς αὐτοῦ γνώμης γεγόνασιν. τοῦ δὲ σπαθαρίου δυσχεραίνοντος, ἠπείλησεν ὁ ξιφηφόρος οὗτος Γεώργιος ὁ Παλαιολόγος αὐτοῦ που ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῆς νεὼς δε-

1. ὀβριμοεργὸς A, ὀμβριμοεργὸς PG. 2. πρὸς add. C, καὶ πρὸς τὴν A. 4. post σφῶν add. αὐτῶν Hoeschel. ἐνεγκεῖν A. 6. ἀναγορεύεται A. καὶ om. A. 11. αὐτῶν om. A. 12. δὴ : δεῖ A. 16. τὴν om. A. ἤδη om. GA. 17. καὶ om. P, add. GA. ἑτεραλχῆ G. 20. ἠπείλκεν P, ἠπείλησεν CG. 21. δεσμώτην CG.

amantissime amplexus est. Palaeologus autem, qui vir erat animo alacri, ne ulla quidem cunctatione facta, quae agenda erant aggreditur. atque in proram insiliens, remiges ita interrogat. "quid, inquit, agitis, quove pergitis, vestris capitibus mala maxima paraturi? urbs, ut videtis, capta est; qui modo magnus domesticus erat, nunc imperator renuntiatus est; cernitis satellites eius et acclamationem auditis; neque alter amplius locum in regiis aedibus habebit. bonus quidem Botaniates, sed multo Comneni meliores; magnus Botaniatae exercitus, sed noster multo maior. non igitur vos decet, vestram ipsorum vitam uxoresque ac liberos prodere; sed cognito, urbem ab exercitu universo occupari, signisque erectis, acclamationem omnium ore fieri, et magnum nuper domesticum iam imperatorem palatium accedere, regiis decoratum insignibus, retro navigandum vobis atque ad eum transeundum est, quo vim victoriamque certam ipsi reddatis." hac oratione commoti, omnes obsecuti sunt; quod cum spatharius moleste ferret, strenuissimus Georgius ille Palaeologus mi-

σμήσας καταβαλεῖν ἢ κατὰ τοῦ βυθοῦ ῥίψαι. εὐθὺς οὖν D
τῆς εὐφημίας ὁ Παλαιολόγος ἐξῆρχε, καὶ σὺν αὐτῷ οἱ ἐρέ-
ται. τὸν δὲ σπαθάριον καὶ μὴ βουλόμενον καὶ δυσχεραίνον-
τα κατὰ τοῦ καταστρώματος δεσμώτην κατέθηκεν. παρα-
πλεύσας δὲ μικρόν, ἀναλαμβάνεται τόν τε ἀκινάκην καὶ τὴν
ἀσπίδα, καὶ οὕτω προσορμίζει, ὅπου ὁ στόλος, καὶ πάνδη-
μον ἐποιεῖτο ἤδη τὴν εὐφημίαν. ἐντυχὼν δὲ καὶ τῷ ἀποστα-
λέντι παρὰ τοῦ Βοτανειάτου ἐφ' ᾧ τὸν στόλον ἀναλαβέσθαι
καὶ διαπεράσαι τὸν Μελισσηνόν, εὐθὺς κατέσχεν αὐτὸν καὶ
λῦσαι τὰ πρυμνήσια παρεκελεύετο τοῖς ναυτικοῖς. ἀποπλεύ-
σας οὖν ἐκεῖθεν σύναμα τῷ στόλῳ καταλαμβάνει τὴν ἀκρόπο- P. 66
λιν, τὴν εὐφημίαν λαμπρὰν ποιούμενος. κἀκεῖσε τοῖς ἐρέταις
παύσασθαι τῆς εἰρεσίας διεκελεύετο καὶ ἀτρεμοῦντας ἑστάναι
ἐφ' ᾧ τοὺς ἐκ τῆς ἑῴας πειρωμένους διαπερᾶν ἀπείργειν. μετ'
ὀλίγον δὲ πλοῖον θεασάμενος πρὸς τὸ μέγα παλάτιον καταῖρον,
τοῖς τοῦ ἰδίου πλοίου ἐρέταις κελεύσας σφοδρὰν τὴν εἰρεσίαν
ποιήσασθαι, φθάνει τοῦτο. καὶ ὡς τὸν ἴδιον ἐν αὐτῷ ἐθεά-
σατο πατέρα, ἀναστὰς εὐθὺς τὴν προσήκουσαν γονεῦσι προσκύ- V. 57
νησιν αὐτῷ ἀπεδίδου. ὁ δὲ οὐ περιχαρῶς αὐτὸν ἐθεάσατο,
οὔτε μὴν γλυκερὸν φάος ὠνόμασε, καθάπερ ποτὲ ὁ Ἰθακή-

1. καταλαβεῖν PG, καταβαλεῖν F et in margine P. 3. δυσχεραίνοντα καὶ μὴ βουλόμενον C. 4. στρώματος GA. δεσμώτην CG, δεσμήσας PA. 5. δὲ : οὖν A. 6. στόλος : Hoeschel. add. ἦν. vid. annotat. 11. σὺν τῷ στολῷ παντὶ A. 13. ἱρεσίας G. 14. πειρώμενοι C, βουλομένους A. ἀπείργειν A, ἀπεῖργεν PG. 17. ἐθεᾶτο A. 19. δ' οὐ A. 20. μὲν G. αὐτὸν ὠνόμασε A.

nabatur se vinculis eum in navis tabulato adstricturum vel in mare demersurum. ac statim Palaeologo praeeunte, remiges acclamavere; spatharium autem recusantem et aegre ferentem in navis tabulato vinciri iussit. paulum inde provectus, clypeo et gladio resumtis, eo appulit, ubi classis stabat, perfecitque, ut ab omnibus nautis Alexius imperator consalutaretur. cumque ibidem eum ipsum, cui Botaniates negotium dederat, classe assumta, Melissenum traiiciendi, offendisset, statim captum detinuit nautisque praecepit, ut naves solverent. quo facto, cum classe ad arcem advenit et acclamationem alacrem fecit. ibi remigatione omissa, nautas quietos consistere iussit, ut, qui ex Oriente traiecturi essent, intercluderentur. paulo post cum navem vidisset ad magnum palatium applicari, navigii sui remigibus quam maxime incumbere iussis, navem assequitur. in qua ubi suum ipsius patrem conspicatus est, statim in debitam parentibus venerationem surrexit. neque tamen hilare is eum adspexit, nec vero lucem appellavit suam, ut Ithacensis olim Ulysses Telemachum cum primum videret. ibi enim convivium et

B σιος Ὀδυσσεὺς τὸν Τηλέμαχον θεασάμενος. ἐκεῖ γὰρ συμπόσιον καὶ μνηστῆρες καὶ ἅμιλλα καὶ νευρὰ καὶ τόξον, καὶ ἆθλον τῷ νικήσαντι ἡ σώφρων ἔκειτο Πηνελόπη, καὶ ὁ Τηλέμαχος οὐκ ἐχθρός, ἀλλ' ὡς υἱὸς πατρὶ ἐπαρήγων εἰσῄει· ἐνταῦθα δὲ μάχη καὶ πόλεμος, καὶ ἀντικαθιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους κατὰ γνώμην ἦσαν ἄμφω. καὶ ἡ θατέρου ἅτερον οὐκ ἐλάνθανε σχέσις, κἂν εἰς ἔργον οὔπω τὰ τῆς γνώμης ἀπέβαινεν. ἔνθεν τοι καὶ μωρὸν καλέσας αὐτόν, ἐπυνθάνετο λέγων "τί ὧδε ποιήσων ἥκεις;" ὁ δέ φησιν "ἐπεὶ σὺ ὁ ἐμοῦ πυνθανόμενος εἶ, οὐδέν." καὶ ὃς πρὸς αὐτόν "ἀνέχου μικρόν, καὶ εἴ μου ὁ βασιλεὺς ὑπακούσει, γνώσῃ μετ' οὐ πο-
C λύ." φθάσας οὖν ὁ ῥηθεὶς Νικηφόρος ὁ Παλαιολόγος εἰς τὰ ἀνάκτορα, ἐπεὶ ἐσκεδασμένους ἑώρα τοὺς ξύμπαντας καὶ περὶ τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων ἠσχολημένους, εὐκαταγωνίστους αὐτοὺς οἰόμενος, ᾐτεῖτο τὸν Βοτανειάτην δοθῆναί οἱ τοὺς ἀπὸ τῆς Θούλης νήσου Βαράγγους, ὥστε δι' αὐτῶν ἐξωθῆσαι τῆς πόλεως τοὺς Κομνηνούς. ὁ δέ γε Βοτανειάτης, ἅπαξ τὰ περὶ αὐτὸν ἀπεγνωκώς, ἐσχηματίζετο μὴ θέλειν ἐμφύλιον γενέσθαι πόλεμον. ἀλλ' "εἴ γε πείθῃ μοι, Νικηφόρε," φησίν "ἐπεὶ εἴσω τῆς πόλεως γεγόνασιν οἱ Κομνηνοί, ἄπελθε πρὸς αὐτοὺς πρεσβεύων τὰ πρὸς εἰρήνην." ὁ δὲ δυσανασχετῶν, ὅμως ἄπεισι.

1. θεασάμενος· ἀλλὰ λοξὸν βλέψας καὶ μωρὸν αὐτὸν καλέσας A. 4. οὐχ P, οὐ G, correxi. 7. οὐκ om. G. 8. ἐπέβαινεν C. αὐτὸν καλέσας P. 9. ἐπειδὴ P. 12. Νικηφόρος ὁ om. A. ὁ alterum add. C. 15. τοῦ Βοτανιάτου A. 16. βαρβάρους PAG, βαράγγους C. 19. γέ μοι πείθῃ, πρὸς τὸν παλαιολόγον φησὶν A.

proci et certamen et nervi et arcus, et praemium victori pudica Penelope proposita, et Telemachus non hostis, sed tanquam filius patri suppetias veniens; hic pugna erat et bellum, et diversa uterque sequebatur. nec alterum alterius sensa latebant, quanquam effectu adhuc carebat consilium. itaque stultum appellans filium, "quid huc, inquit, venisti facturus?" cui Georgius, "quandoquidem qui me interrogas pater meus es, nihil." at pater "exspecta, inquit, paullulum; et si quidem me imperator audiet, brevi disces." haec locutus Nicephorus Palaeologus abiit in regiam. qui cum dispersos vidisset omnes et praedae studio palantes, facile eos deleri posse ratus, a Botaniate petiit, daret sibi oriundos ex Thule insula Barangos, quorum auxilio Comnenos urbe pelleret. verum Botaniates, in desperatione rerum suarum perseverans, abhorrere se a civili bello fingebat, et "si me, inquit, audis, Nicephore, quoniam in urbem ingressi Comneni sunt, de pace eos adi." ille licet invitus, tamen adit.

12. Ὡς δὲ εἰσελθόντες οἱ Κομνηνοὶ τεθαρρηκότες ἤδη D ἐκαρτέρουν περὶ τὸ πεδίον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ καλουμένου τοῦ Συκεώτου, βουλευόμενοι εἰ χρὴ πρότερον ἀπελθεῖν εἰς τὰς σφῶν μητέρας καὶ τὴν συνήθη προσκύνησιν κατὰ τὸ εἰθισμένον αὐταῖς ἀπονεῖμαι, εἶθ᾽ οὕτω πρὸς τὰ βασίλεια χωρῆσαι, μαθὼν ὁ καῖσαρ ἀποστείλας τινὰ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἠπειλήσατο, τῆς βραδυτῆτος τούτους πολλὰ καταμεμψάμενος. εὐθὺς οὖν ἀμφὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰβηρίτζη γενομένων, καταλαμβάνει Νικηφόρος ὁ Παλαιολόγος λέγων "ὁ βασιλεὺς ὑμῖν τάδε μηνύει· γέρων μὲν P. 67 ἐγὼ ἤδη καὶ μόνος, μήθ᾽ υἱὸν κεκτημένος, μήτ᾽ ἀδελφόν, μήτε τινὰ τῶν γνησίων, καὶ εἰ βούλει, (πρὸς τὸν ἀρτιφανῆ βασιλέα τὸν Ἀλέξιον ἀποτείνων τὸν λόγον,) σὺ γενοῦ μοι θετὸς υἱός. κἀγὼ οὐκ ἀφελοῦμαί τι ὧν ἑκάστῳ τῶν συστρατευομένων σοι πεφιλοτίμησαι, οὐδέ τινός σοι ἐξουσίας ἐπικοινωνήσω βασιλικῆς, ἀλλὰ μόνον ἔσομαι ψιλοῦ τοῦ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος καὶ τῆς εὐφημίας καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ διαναπαύεσθαι εἰς τὰ ἀνάκτορα. σοὶ δὲ ἡ τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων μελήσει πάντως διοίκη- B σις." πρὸς ταῦτα οἱ Κομνηνοὶ ῥήματά τινα συγκαταθέσεως ἐμφαντικὰ ἐνέφαινον· ἅπερ ἐνωτισθεὶς ὁ καῖσαρ, φθάνει τάχος πρὸς αὐτούς, ἐπαπειλούμενος καὶ πρὸς τὰ βασίλεια κα-

2. περὶ τὸ μον διον A, unde Hoeschel. coni. μονάδιον. ἁγίου add. A. 3. εἰ C, ἢ PG. 8. κατὰ CG, ἀμφὶ FP. 9. Ἰβηρίτος G, Ἰβηρίτζου F. ὁ Νικηφόρος G. 13. τὸν prius om. A. 14. ἀφελοῦμαι G, ἀφελῶμαί P, ἀφέλομαι A. τι om. GA 15. σοι om. A. περιφιλοτίμηται G. κοινωνήσω G. 21. ἐμφατικὰ G. 22. πρὸς αὐτ. : εἰς A.

12. Comneni, urbem ingressi, ad campum S. Georgii magni martyris, qui Syceotes dicitur, confidentius iam constitere deliberantes, num matres suas prius, ut mos est, salutatum irent, ac sic demum in palatium pergerent. quo Caesar cognito, per quendam e suis famulis graviter cunctationem eorum increpuit. celerrime igitur iis ad domum Iberitzae progressis, accurrit Nicephorus Palaeologus, qui imperatoris nomine haec nuntiavit. "senem se iam esse et solum, nec filium, nec fratrem, nec quemquam habere legitima cognatione coniunctum. quare si vellet, (novum imperatorem Alexium dicebat,) esset sibi filius adoptivus. neque se quidquam detracturum iis, quae ille commilitonibus suis promiserit, neque ullam imperatoriae potestatis partem communem habiturum, sed mero nomine contentum fore et acclamatione rubrisque calceis, praeterea requiescendi in palatio venia, tota rerum administratione Alexio relicta." ad haec Comneni ita responderunt, ut non abhorrere se a pactione significarent. quo

τειχέων. ὡς δὲ δεξιόθεν τῆς αὐλίδος εἰσῄει, ἐξελθόντες οἱ
Κομνηνοὶ συναντῶσι πεζεύοντι αὐτῷ· ὁ δὲ πολλὰ τούτους
ἐμέμφετο. ἀτενίσας δὲ ἐν τῷ εἰσιέναι καὶ τὸν Παλαιολόγον
Νικηφόρον ἀπὸ τῆς λαιᾶς αὖθις εἰσερχόμενον, "τί πρὸς
V. 58 τὰ ἐνταῦθα;" φησί "καὶ τί βουλόμενος ἥκεις, συμπένθε-
C ρε;" ὁ δὲ "τελέσων μέν, ὡς ἔοικεν, οὐδέν, τὰς δὲ αὐ-
τὰς ταῖς πρώην κομίσων ἥκω παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀγγε-
λίας. διενίστατο γὰρ ὁ βασιλεὺς φυλάξαι τὰ ὑπεσχημένα
καὶ ὡς υἱῷ μὲν χρήσασθαι τῷ Ἀλεξίῳ ἐφ' ᾧ τὴν αὐτοκρά-
τορα ἀρχὴν αὐτὸν ἀναδήσασθαι καὶ τὰ τῆς βασιλείας κατὰ
τὸ αὐτῷ διοικεῖν βουλητόν, ἐκεῖνον δὲ μόνον τοῦ τῆς βασι-
λείας μετέχειν ὀνόματος καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων καὶ τῆς
καινῆς ἁλουργίδος καὶ τοῦ περὶ τὰ βασίλεια διαναπαύεσθαι,
γέροντά τε ἤδη ὄντα καὶ ῥᾳστώνης δεόμενον." εὐθὺς δὲ
πρὸς αὐτὸν δριμὺ ἐνατενίσας καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπισυνάξας,
αὐτῷ φησίν "ἀπελθὼν ἀπάγγειλον τῷ βασιλεῖ, ὡς ταῦτα
D ἦσαν ἂν συμφορώτερα πρὸ τοῦ τὴν πόλιν ἁλῶναι· τὸ δ'
ἐντεῦθεν χώραν οὐκ ἔχει ὅλως τὰ τῆς πρεσβείας. γέρων δὲ
ἤδη ὢν ὑπεξίστασο τοῦ θρόνου καὶ τῆς σαυτοῦ φρόντισον
σωτηρίας." ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ καῖσαρ. ὁ δέ γε Βορῖλος τὴν
τούτων μεμαθηκὼς εἰσέλευσιν καὶ ὡς ὁ ὑπ' αὐτοὺς στρατὸς
ἁπανταχοῦ σκεδασθεὶς περὶ τὴν λείαν ἐνασχολεῖται καὶ τῆς

4. *θεασάμενος* post *Νικ.* add. PG, om. A. *ἐρχόμενον* A. 5. *τὰ* : *ταῦτα* A. *καὶ* om. A. 7. *κομίζων*? *πρώην* : *αὖθις* add. P in margine. 9. *αὐτοκράτορος* CG. 10. *ἀρχὴν* om. G. 11. *μόνου* C. 13. lege *κοινῆς*. 17. *συμφορώτερα* GA, *συμφερώτατα* P. 18. *δ' ἤδη* G. 19. *ὑπεξίστατο* P.

audito, Caesar celeriter ad eos properat, mala denuntiaturus atque ad occupandum palatium compulsurus. iam cum a dextra domum accederet, obviam Comneni prodeunt ipsi pediti; quos ille graviter obiurgavit. cumque in ipso aditu Palaeologum Nicephorum a sinistra rursus ingredientem conspexisset, ad eum conversus, "quid hic agis, inquit, quove consilio venisti, consocer?" cui ille "nihil equidem, ut opinor, efficiam, eadem, quae antea, allaturus imperatoris mandata. obstinavit enim promissis stare et Alexium pro filio ita habere, ut imperatoris dignitatem adipisceretur remque publicam suo arbitrio gubernaret; dummodo ipse nomen saltem imperatoris et rubros calceos purpuramque retineret et in palatio requiescere sibi liceret, quippe qui et senex iam esset et quiete indigens." at ille atroci vultu superciliisque contractis, "abi, inquit, renuntia imperatori, haec plus fortasse profutura fuisse ante captam urbem; nunc compositioni locum relictum non esse. senex autem cum iam sit, imperio cedat ac saluti suae consulat." atque haec quidem Caesar. Borilus autem, post-

τῶν λαφύρων συλλογῆς ὅλος γεγένηται, (οὗτοι δὲ μετὰ τῶν
ἐξ αἵματος καὶ ἐξ ἀγχιστείας προσηκόντων αὐτοῖς καὶ με-
τρίων ὀθνείων κατελείφθησαν,) ἀντικαταστῆναι διέγνω τού-
τοις, λίαν εὐχειρώτοις οὖσι διὰ τὸν τοῦ στρατοῦ σκεδασμόν.
τοίνυν καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαί-
νοντας ἅπαντας καὶ ὁπόσοι ἐκ τοῦ Χώματος ὥρμηντο, ἀπὸ P. 68
τοῦ Κωνσταντίνου φόρου μέχρι καὶ τοῦ λεγομένου Μιλίου καὶ
ἄνωθεν μετ' εὐταξίας ὅτι πολλῆς στοιχηδὸν αὐτοὺς συνέτα-
ξεν· οἱ δὲ συνησπικότες ἵσταντο πρὸς μάχην παρεσκευασμέ-
νοι καὶ ἀτρεμοῦντες τέως. ἐπεὶ δὲ ὁ τηνικαῦτα πατριάρχης
χρηματίζων ἱεροπρεπὴς τῷ ὄντι ἀκτήμων καὶ πᾶν εἶδος ἀσκή-
σεως, ἧπερ οἱ ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσιν ἐνδιαιτώμενοι τῶν πά-
λαι πατέρων, διεληλυθώς, κατηξίωτο προορατικοῦ καὶ θείου
χαρίσματος, πολλά τε πολλάκις προειπὼν καὶ μηδέποτε δια-
ψευσάμενος καὶ κανὼν καὶ τύπος ἀρετῆς τοῖς μετ' αὐτὸν χρη-
ματίσας, οὐδὲ τὰ τῷ Βοτανειάτῃ συμπεσόντα παντάπασιν B
ἀγνοήσας ἐφαίνετο. ἀλλ' εἴτε ἐκ θείας ἐπιπνοίας, εἴτε καὶ
τοῦ καίσαρος ὑποθεμένου, (ἐλέγετο γὰρ καὶ τοῦτο,) καὶ
πάλαι φιλίως πρὸς αὐτὸν διακειμένου διὰ τὸ ὕψος τῆς
αὐτοῦ ἀρετῆς, ξυνεβούλευε τῷ βασιλεῖ ὑπεχστῆναι τοῦ βασι-
λείου θρόνου, "μὴ χώρει" λέγων "πρὸς ἐμφυλίους πολέ-

1. δὲ om. G. 3. κατελείφθεισαν P. 7. Κωνσταντινείου G, Κωνσταντινίου C. 10. καὶ add. CG. 11. ἀκτήμων om. A. 13. ante προορατικοῦ add. A καὶ. 14. εἰπὼν CGA. 17. ἐπινοίας G. 18. ὑποθεμένου, ὡς πάλαι φιλίως A. 20. αὐτοῦ om. A. βασιλικοῦ G.

quam Comnenos ingressos esse comperit eorumque exercitum tota urbe praedabundum palari et in spoliis colligendis totum esse, (ipsi cum iis, qui sanguine et affinitate coniuncti erant, paucisque peregrinis militibus remanserant,) impetum facere statuit, facile eos propter exercitum dissipatum deleri posse ratus. itaque congregatos omnes, et qui humero enses gestant et qui e Chomate oriundi, a foro inde Constantini usque ad Milium et ultra optime ordinibus disposuit. et illi quidem consertis scutis ad pugnam parati stabant, neque dum loco movebant. sed cum qui patriarchae munere tunc temporis fungebatur, vir sanctus ac vere pauper quique omni pii cultus genere non minus quam qui in desertis olim montibusque degebant patres, exercitus erat, cum is ergo etiam prophetiae gratia praeditus, multa saepe praedixisset, neque unquam deprehensus esset in mendacio, et virtutis specimen ac quasi forma successoribus esset, illa ipsa, quae Botaniatae acciderant, nequaquam ignoravit. sed sive divino afflatu, sive etiam Caesare monitore, (nam et hoc dicebatur, cum is dudum familiariter patriarcha uteretur ob summam eius virtutem,) imperatori suasit, ut regno se abdicaret. "noli, inquit, bellum civile mo-

μους, μήτ' ἀντίβαινε θεοῦ προστάξει. αἵμασι Χριστιανῶν
μὴ θέλε μιανθῆναι τὴν πόλιν, ἀλλ' εἴξας θεοῦ βουλήσει ὑπέκ-
στηθι τοῦ μέσου." πείθεται τοῖς τοῦ ἀρχιερέως λόγοις ὁ βα-
σιλεύς. δεδιὼς δὲ τὸ τοῦ στρατοῦ ἀτάσθαλον, περιζώννυται
καὶ κάτεισιν ὡς πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν ἀπο-
C νενευκώς. πλήρης δὲ συγχύσεως ὤν, λέληθεν ἠμφιεσμένος
ἔτι τὴν τοῖς βασιλεῦσιν πρέπουσαν στολήν. ὁ δὲ Βορῖλος
ἐπιστραφεὶς καὶ ἁψάμενος τῶν περὶ τὸν βραχίονα περικεκολλη-
μένων διὰ μαργάρων πέπλων, παραλύει τηνικαῦτα τῆς ἐσθῆ-
τος, φάμενος μετά τινος μυκτῆρος καὶ σεσηρότος ἤθους, ὡς
"τοιοῦτο ἡμῖν ἐπ' ἀληθείας προσήκει νῦν." ὁ δὲ εἰς τὸν μέ-
γαν τοῦ θεοῦ νεὼν τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας εἰσελθών, ἐγκαρτε-
ρῶν τέως ἦν ἐν αὐτῷ.

3. *βασιλεύς* ! A omissis, quae supra p. 130, 20 — 131, 10 leguntur, hic addit *καί τοι γε τοῦ βορίλου πολλὰ τοῦτον παροτρύνοντος εἰς τὸ συνάψαι πόλεμον μετὰ τῶν Κομνηνῶν, καὶ συναγαγόντος τοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντας καὶ ὁπόσοι ἐκ τοῦ χώματος ὥρμηντο. περιζώννυται οὖν ὁ βοτανιάτης καὶ κάτεισιν* etc. 5. *ἀπονενευκὼς* om. A. 8. *περικεκολλημένων* A, *κεκολλημένων* PG. 9. *διαμαργάρων* A, probante Bandurio Imp. Or. I, p. 496. vid. annotat. 11. *τοιούτων* A. 12. *εἰσελθὼν οὖν εἰς τὸν τοῦ θ. μέγαν νεὼν* A.

vere, neve dei voluntati repugna. Christianorum sanguine urbem pollui ne permittas; quin dei potius arbitrio obsecutus, e medio abi." paruit imperator consilio pontificis et militum petulantiam veritus, praecincta veste in magnam dei ecclesiam descendit. in summa autem perturbatione cum esset, non animadvertit, imperatoria se adhuc veste amictum esse. itaque Borilus ad eum conversus, brachialia margaritis insignita prehendit atque a reliqua veste disiunxit, non sine sanna et irrisione addens: "talis vero ornatus nunc convenit nobis." Botaniates in magnum divinae sapientiae templum se contulit ibique aliquamdiu permansit.

ΑΛΕΞΙΑΣ Γ.

ALEXIADIS LIBER III.

ARGUMENTUM.

Botaniates fit monachus. cur uxor eius Maria palatio non excesserit (1). *Alexius coronatur a Cosma patriarcha, nec multo post Irene coniux* (2). *utriusque forma describitur* (3). *fratres Alexii novis honoribus et titulis ornati. Constantino Ducae imperii insignia conceduntur. cuius mater Maria tandem e palatio in Mangana migrat* (4). *Alexius scelera a militibus in capienda urbe admissa supplicationibus et ieiuniis expiat* (5). *quo ipse finibus imperii adversus hostes defendendis vacet, Annam Dalassenam matrem administrationi rerum praeficit* (6). *huius mulieris prudentia, eloquentia* (7), *morum integritas summaque in deo colendo observantia* (8). *misera imperii conditio, imminente hinc Roberto, illinc Turcis, aerario exhausto, exercitu fere nullo. Alexius Georgium Palaeologum, in Monomachati locum substitutum, Dyrrhachium mittit* (9). *idem cum alios Occidentis principes, tum maxime regem Alemanniae adversus Robertum concitare nititur* (10). *Turcorum, Solimane duce, usque ad Bosporum incursiones coercet pacemque cum iis componit* (11). *Robertus, quamquam tempestate gravissime afflictis copiis, ad Dyrrhachium oppugnandum se accingit* (12).

1. Οἱ δὲ Κομνηνοὶ τὰ βασίλεια καταλαβόντες, παρα- P. 70
χρῆμα τὸν ἐπ' ἀνεψιᾷ γαμβρὸν αὐτῶν Μιχαήλ, ὃς ἐν ὑστέ- V. 60

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ G et in margine Ἀλεξιὰς τρίτη, ἀρχὴ τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ add. PGA, om. C.

1. Sed Comneni, occupato palatio, statim Michaelem neptis suae coniugem, qui postea logothetae secretorum munere functus est,

ροις καιροῖς λογοθέτης τῶν σεκρέτων ἐχρημάτισε, πέμπουσι πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἀπελθὼν μετὰ τοῦ τότε ἐπάρχου, (ὁ Ῥαδηνὸς δὲ οὗτος ἦν,) εἰσαγαγὼν τὸν βασιλέα εἰς ἀκάτιόν τι μικρόν, ἀπέρχεται μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν περιώνυμον· εἶτα τὸ μοναδικὸν αὐτῷ ἄμφω προτρέπονται ἀμφιάσασθαι σχῆμα. τοῦ δὲ ἐς νέωτα τοῦτο ὑπερτιθεμένου, οὗτοι δεδιότες, ἔτι ἐν συγχύσει καὶ ἀταξίᾳ τῶν P. 71 πραγμάτων ὄντων, μή τι ἀπὸ τοῦ μέρους τῶν δούλων ἐκείνων καὶ τῶν ἐκ τοῦ Χώματος αὖθις νεωτερισθῇ, κατηπειγμένως τὴν τῶν τριχῶν ἀποκοπὴν αὐτῷ συνεβούλευον. καὶ πείθεται τούτοις καὶ τοῦ ἀγγελικοῦ τηνικαῦτα ἀξιοῦται σχήματος. οἷα τὰ τῆς τύχης! ὑψοῦ μὲν αἴρει τὸν ἀνθρώπινον βίον, ὅτε ἐπιμειδιᾷν αὐτῷ θελήσειε, καὶ διάδημα βασιλικὸν αὐτῷ περιτίθησι καὶ περιπορφύρει τὰ πέδιλα· ἐπὰν δὲ τὰς ὀφρῦς τούτοις ἐπισυνάξει, ἀντὶ τῆς πορφυρίδος καὶ τῶν στεμμάτων τὰ μέλανα ῥάκη καταμφιέννυσιν. ὅπερ δὴ καὶ τῷ βασιλεῖ Βοτανειάτῃ ξυμβέβηκεν. ἐρωτηθεὶς δὲ παρά του τῶν B συνήθων, εἰ εὐφόρως τὴν μεταβολὴν φέρει, φησίν "ἡ τοῦ κρέως με μόνον ἀποχὴ ἀνιᾷ, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγη μοι ἡ φροντίς." ἡ μέντοι βασιλὶς Μαρία σύναμα τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ, ὃν ἐκ τοῦ προβεβασιλευκότος Μιχαὴλ ἔσχε τοῦ Δούκα, ἔτι τοῖς

1. καιροῖς om. P, add. CG, ἐν ὑστέρῳ A. 2. αὐτόν : τὸν βοτανιάτην A. τότε : τηνικαῦτα C et in margine P. Ῥαδινὸς GA. 3. εἰσαγαγόντες αὐτὸν εἰς ἀκάτιον μικρὸν, εἰς τὴν τῆς Π. μονὴν ἀπάγουσι καὶ τὸ A. 5. μοναχικὸν A. προπέμπονται C. 8. ἐκείνου A. 9. αὖθις add. CG et in margine P. 10. καὶ om. A. 13. θελήσειε A, θελήσαι PG. 15. ἐπισυνάξῃ C. 16. καὶ om. G. 19. με om. C. 20. καὶ τῷ A.

ad eum mittunt. is una cum praefecto urbis, qui tunc erat Radenus nomine, profectus, imperatorem navicula parva impositum in celebre monasterium Peribleptae avehitur. ubi cum perventum esset, ut monachi habitum indueret, uterque suadet. quo id in posterum differente, illi veriti, ne confusis perturbatisque adhuc rebus, servi isti et Chomateni novi quid rursus molirentur, vehementer instituerunt, ut tondendum se praeberet. atque is obtemperat illis et angelico tum habitu ornatur. ut fortuna in mortalibus ludit! extollit, quoties arridere ei placet, et diadema purpureosque calceos induit; ubi autem supercilia contraxerit, pro purpura et corona pulla amicit lacerna. quod etiam Botaniati imperatori accidit; qui cum a familiarium quodam interrogatus esset, quo animo casum ferret, "carne, inquit, quod abstinere debeo, molestum est; cetera nihil curo." Maria vero imperatrix una cum filio Constantino, quem ex Michaele Duca Botaniatis de-

βασιλείοις προσέμενε, δεδοικυῖα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ κατὰ τὴν ποίησιν, πρόφασιν ἀδιάβλητον τῆς καρτερίας τὴν συγγένειαν ἔχουσα, κἂν τινες ὑπὸ φθόνου παρακεκινημένοι ἄλλ' ἄττα περὶ αὐτῆς ὑπετόπαζον. προεφθάκει γὰρ τὸν μὲν γαμβρόν, τὸν δὲ θετὸν υἱὸν εἰσποιήσασθαι. ταῦτα δὲ ἀνέπεισεν C αὐτὴν οἰκοδομεῖν, οὐκ αἰτία τις κατὰ τοὺς πολλοὺς ἐπίψογος, οὐδὲ τὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαγωγὸν καὶ εὐπρόσιτον, ἀλλὰ τὸ ἐπ' ἀλλοτρίας εἶναι, μὴ συγγενῆ, μὴ συνήθη, μηδένα τὸ παράπαν ὁμόχθονα κεκτημένην. οὐκ ἤθελεν οὖν ἀσυντάκτως ἐκεῖθεν ἐκστῆναι, δεδοικυῖα μή τι κακὸν συμβαίῃ τῷ παιδί, ἂν ἐκεῖθεν ἐξέλθῃ πρὸ τοῦ ἐχέγγυόν τι ἀσφαλείας λαβεῖν, ὁποῖα ἐν ταῖς μεταπτώσεσι τῶν βασιλέων συμβαίνειν εἴωθεν. ἦν γὰρ τὸ παιδίον καὶ ἄλλως ὡραῖον καὶ ἔτι νέον, οὔπω τὸν ἕβδομον χρόνον ὑπερελάσαν, καὶ (οὐ νέμεσις, εἰ τοὺς ἐμοὺς ἐπαινοίην, ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀναγκαζομένη φύσεως,) D ἡδὺ μὲν οὐκ ἐν λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν παντοίαις κινήσεσι καὶ περιστροφαῖς παιγνίων ἀπαράμιλλον, ὡς οἱ τότε παρόντες ὕστερον ἔλεγον, ξανθὸν καὶ λευκὸν ὥσπερ γάλα, ἐρυθήματος μεστόν, ὅπου δέοι, καὶ ὁποῖον τὰ τῶν καλύκων ἄρτι ἐξαστράπτοντα ῥόδα· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ οὐ λευκοί, ἀλλ' ἱέρακος ἐοικότες καὶ λάμποντες ὑπὸ ταῖς ὀφρύσιν ὥσπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ· κἀντεῦθεν ποικίλαις τέρψεσι τέρπον τοὺς

3. ἄλλά τα A. 8. καὶ μὴ συγγενῆ P. συγγενεῖ μὴ συνήθει G. an μηδ' ἕνα? 9. κεκτημένη G. 11. ἐξέλθοι P. 12. βασιλειῶν G. 22. σφεδόνῃ : ψηφὶς addit Longus 4, p. 123, quem h. l. imitatur. τέρπων G.

cessore susceperat, in palatio adhuc manebat, metuens flavo, ut poeta ait, Menelao. causa morae, eaque nulli calumniae obnoxia, erat necessitudo; quanquam erant malevoli, qui alia suspicarentur. asciverat enim alterum generum, alterum adoptaverat filium: inde consilium cepit manere, non aliam ob causam in vulgus improbatam, nec quod facile illi adeundi illiciendique essent. immo peregrina cum esset et neque necessarium, neque familiarem, neque ullum omnino popularem haberet, temere regiis aedibus decedere noluit, verita, ne filio quid accideret, si ante securitatis cautionem acceptam inde exiret; qualia accidere solent, cum reges imperio pelluntur. puerulus erat formosus septimumque nondum superaverat annum, qui sive loquebatur, sive ludorum genere vario corpus exercebat, (liceat enim meos laudare, ubi rerum id ratio exigit,) iudicio eorum, qui tum aderant, omnes suavitate superabat. flava coma, colór candore lactis, rubore, ubi opus erat, suffusus, rosarum instar calyces primum rumpentium. oculi non albi, sed quales accipitrum, fulgentes sub superciliis, veluti aurea in pala. itaque varia, quicunque eum adspiciebant, volu-

V. 61 δρῶντας, οὐράνιόν τε καὶ οὐκ ἐπίγειον κάλλος δοκοῦν, καὶ τὸ ὅλον, εἶπεν ἄν τις ἰδών, ὁποῖον τὸν Ἔρωτα γράφουσιν. P. 72 αὕτη ἡ ἀληθὴς αἰτία τῆς εἰς τὰ βασίλεια τῆς βασιλίδος ἐγκαρτερίας. ἐγὼ γὰρ καὶ ἄλλως φύσει τὸ λογοποιεῖν καὶ καινά τινα ἀναπλάττειν ἀποστρέφομαι, εἰδυῖα σύνηθες τοῦτο εἶναι τοῖς πολλοῖς, καὶ μᾶλλον ὁπηνίκα ὑπὸ φθόνου καὶ χαιρεκακίας ἁλίσκοιντο, καὶ οὐ ταχὺ ταῖς διαβολαῖς συμφέρομαι τῶν πολλῶν· ἀλλὰ καὶ ἄλλοθεν τὴν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀσφάλειαν ἔσχον, ἐκ παιδαρίου συνατραφεῖσα τῇ βασιλίδι καὶ οὔπω τὸν ὄγδοον ὑπερελάσασα χρόνον. πολὺ δὲ τὸ περὶ ἐμὲ φίλτρον ἔχουσα, τῶν ἀπορρήτων πάντων κεκοινώνηκε. καὶ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων περὶ τούτων λεγόντων ἀκήκοα καὶ πρὸς B ἄλλους διαφερομένων, τῶν μὲν οὕτως, τῶν δὲ οὕτως ἐκλαμβανομένων τὰ τότε πραχθέντα, ἑκάστου πρὸς τὴν ἰδίαν τῆς ψυχῆς κατάστασιν καὶ ὡς πρὸς αὐτὴν εὐνοίας ἢ μίσους εἶχε, καὶ οὐ πάντας τῆς αὐτῆς ἑώρων γνώμης· ἠκηκόειν δὲ πολλάκις καὶ αὐτῆς διηγουμένης, ὁπόσα ξυμβέβηκεν αὐτῇ καὶ εἰς οἷον φόβον καὶ μᾶλλον περὶ τοῦ παιδὸς ἐπεπτώκει, ὁπηνίκα ὁ βασιλεὺς Νικηφόρος τὴν βασιλείαν ἀπετίθετο. καὶ κατά γε ἐμὲ κριτὴν καὶ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀρίστων καὶ ἀληθείας ἐπιμελουμένων, ὁ τοῦ παιδὸς πόθος αὐτὴν ἐν τοῖς βασιλείοις πρὸς ὀλίγον τότε κατέσχηκεν. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τῆς βασιλίδος Μαρίας τοσαῦτα. ὁ δέ γε τέως τῶν σκήπτρων δρα-

9. παιδόθεν CG. lege συναναтραφεῖσα. 11. κεκοίνωκε G.
22. τότε om. G.

ptate afficiebat, ac coelestis, nec terrena forma videbatur esse, omninoque talem eum qui videret diceret, qualem Amorem pingunt. atque haec quidem vera causa est, cur imperatrix in palatio remanserit. ego cum alioquin natura ita comparata sim, ut a novis fingendis tradendisque falsis abhorream, (multitudinis eam esse consuetudinem scio, praesertim cum odio atque invidia capta est,) neque facile calumniis vulgi acquiescam; tum vero hac in re etiam aliunde certa comperi. cum enim a pueritia, priusquam octavum complevissem annum, apud imperatricem una educarer, ea pro magno quo me amplectebatur amore, arcana sua omnia mecum communicavit. ac non solum alios multos de his loquentes audivi, qui inter se discreparent, aliis hoc, aliis illo modo, quae tum facta erant, interpretantibus, prout quisque benevole aut secus erga eam affecti erant, nec eiusdem omnes sententiae esse vidi: verum etiam ipsam saepe audivi enarrantem, qualia sibi accidissent et quantum in metum, de filio maxime, adducta esset, cum Nicephorus imperator regno abdicasset. itaque, me quidem iudice et optimo quoque veritatisque amantissimo, filii cura in regia

ξάμενος Ἀλέξιος ὁ ἐμὸς πατὴρ εἴσω τῶν βασιλείων γενό- C
μενος, τὴν μὲν ἰδίαν σύνευνον πεντεκαιδέκατον ἔτος ἄγουσαν σὺν ταῖς ἀδελφαῖς καὶ τῇ μητρὶ καὶ καίσαρι τῷ πρὸς πατρὸς αὐτῆς πάππῳ ἐν τῷ κάτω καταλελοίπει παλατίῳ. οὕτω γὰρ ἔφθασε καλεῖσθαι, ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου θέσεως τὴν ἐπωνυμίαν λαχόν. αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἐξ ἀγχιστείας προσηκόντων αὐτῷ γαμβρῶν εἰς τὸ ὑπερκείμενον παλάτιον ἄνεισιν, ὃ καὶ Βουκολέων ἐπονομάζεται ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. καὶ γὰρ ἀγχοῦ τῶν τούτου τειχῶν λιμὴν δι' ἐγχορήγου καὶ μαρμάρων πάλαι τῶν χρόνων ᾠκοδόμητο, ὅπου ὁ λίθινος λέων ζωγρεῖ τὸν βοῦν. ἔχεται γὰρ D
τοῦ κέρως τοῦ βοός, καὶ ἐξαυχενίσας αὐτόν, ἐμφύεταί πως τῷ λαιμῷ. ἐξ οὗ δὴ καὶ Βουκολέων ὁ τόπος ὅλος ὠνόμασται, τά τε ἐν ἠπείρῳ οἰκοδομήματα καὶ αὐτὸς δὴ ὁ λιμήν.

2. Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, τὴν τῆς βασιλίδος περὶ τὰ βασίλεια καρτερίαν ὑποπτεύοντες, ὑπετονθόρυζον, ὡς εἰς κῆδος ταύτην ἀγαγέσθαι μέλλει ὁ νῦν τῆς βασιλείας ἐπιδραξάμενος. οἱ δὲ Δοῦκαι οὐδὲν μέντοι τοιοῦτον ἐνενόουν, (οὐ γὰρ συνεφέροντο ταῖς τυχούσαις ἐννοίαις,) ἀλλὰ τὴν τῆς μητρὸς τῶν Κομνηνῶν ἀπροφάσιστον κατ' αὐτῶν μῆνιν ἐκ μακροῦ γινώσκοντες, περιδεεῖς ἦσαν ὑποπτεύοντες αὐτήν, ὡς κἀγὼ πολλάκις διηγουμένων ἀκήκοα. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Παλαιολόγος Γεώργιος μετὰ τοῦ στόλου φθάσας τῆς

3. τῇ add. A. 4. παλάτιον C. 6. λαχὼν G. 10. ἐγχωρήγου Ducang. Gloss. I, p. 349. 15. βασιλίδος μαρίας A. 16. ὑπετονθόριζον A. 17. εἰσαγαγέσθαι A. 19. ἐνόουν C. 23. καὶ om. A.

tunc eam paulisper retinuit. hactenus de Maria Augusta. Alexius autem pater meus, qui sceptra tunc sumserat, ingressus palatium, coniugem suam, quintum decimum aetatis annum agentem, cum sororibus ac matre Caesareque paterno ipsius avo, in inferiori palatio reliquit; ita enim a situ loci vocari consueverat. ipse cum fratribus, matre et qui affinitate sibi coniuncti erant, in superius palatium concessit, quod et Bucoleon cognominatur hac quidem de causa. non longe enim a moenibus eius portus olim e nativo lapide et marmore aedificatus est, ubi leo lapideus taurum capit. arrepto enim bovis cornu, cervicem detorquens, faucibus quasi inhaeret; unde Bucoleon tota regio nominata est, et aedificia continentis et portus ipse.

2. Multi quidem suspectantes, ut supra dictum est, imperatricis in palatio moram, susurrabant, in matrimonium imperatorem novum eam ducturum. Ducae etsi nihil tale suspicarentur, (non enim vulgi opiniones sequi solebant,) tamen cum matris Comnenorum apertum in se odium dudum cognovissent, magna sollicitudine eam suspecta-

εὐφημίας ἐξήρχετο, οἱ περὶ τοὺς Κομνηνοὺς προκύπτοντες ἄνωθεν κατεσίγαζον, μὴ τὴν Εἰρήνην τῷ Ἀλεξίῳ κἂν τῇ εὐφημίᾳ συνάψαντας κοινῶς εὐφημεῖν. ὁ δ' ἐμβριμησάμενος κάτωθεν αὐτοῖς φησὶν "οὐ δι' ὑμᾶς τὸν τοσοῦτον ἀγῶνα ἀνεδησάμην αὐ-
P. 73 τός, ἀλλὰ δι' ἣν φατε Εἰρήνην." ἅμα δὲ καὶ τοῖς ναυτικοῖς παρεκελεύετο Εἰρήνην σὺν τῷ Ἀλεξίῳ ἀνευφημεῖν. ταῦτα ταῖς μὲν ψυχαῖς τῶν Δουκῶν πολὺν ἐνέβαλε θόρυβον, τοῖς δέ γε μωμοσκόποις λοιδορίας ὕλη κατὰ τῆς βασιλίδος Μαρίας ἐγένετο. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξιος μηδ' ἐν νῷ τοιοῦτόν τι βαλλόμενος, (καὶ πῶς γάρ;) ἀλλὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παραλαβών, ἀνὴρ ἐν πᾶσι δραστήριος τῶν ὅλων εὐθὺς πραγμάτων γίνεται καί, ὡς ἂν εἴποι τις, ὡς ἀπὸ κέντρου τῶν ἁπάντων κατάρχεται.
V. 62 ἀνίσχοντος γὰρ ἡλίου εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθών, πρὶν ἢ τὸν
B ἀπὸ τῆς στάσεως κονίσαλον ἀποτινάξασθαι καὶ τὸ σῶμα διαναπαῦσαι, εὐθὺς τῆς τῶν στρατιωτικῶν ὅλος ἐγεγόνει φροντίδος. καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰσαάκιον ὡς πατέρα σεβόμενος, κοινωνὸν εἶχεν ἐν πᾶσιν, ἅμα καὶ τὴν μητέρα, ἐν ταῖς τῶν κοινῶν διοικήσεσιν ὑπερείδοντας, κἂν τὸ μεγαλόνουν αὐτῆς καὶ δραστήριον οὐ πρὸς μίαν βασιλείας διοίκησιν, ἀλλὰ πολλαῖς καὶ διαφόροις ἐξήρκει. αὐτὸς δὲ πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἀπονενευκὼς ἦν, τὸ τῆς ἡμέρας ἐπίλοιπον καὶ τὴν ὅλην νύκτα ἐς

1. ἀνῆρξεν A. 3. ὁ δὲ G. 4. ἀνεδησάμην C, ἀνεδυσάμην PGA. 5. δι' : δὴ P. 7. γε om. G. 10. ἡγεμονίαν CA, βασιλείαν PG. 14. κονίσαλον A, κονίσσαλον PG. 15. ἐκγεγόνει G. 18. αὐτοῦ coni. Diesterwegius. 19. μίαν C, μιᾶς PG.

1. ἐπὶ τοσοῦτον om. CGA. ἀφίεσθαι P, ἐπαφίεσθαι CGA. 2. ἀποσταλῆναι πρὸς τὴν εὐγένειάν σου αἱ ἑκατὸν A. 3. τέσσαρες : πέντε A. 4. ἐστάλησαν A. 5. νῦν om. A. πρωτοέδρου G. 10. τελειωθέντος A. 11. σοι om. A. διακόσιοι om. CG. δεκαὲξ om. A. 14. ὤφειλε G. 18. παρὰ : an διὰ ?

tum et quadraginta quatuor millia et centum vestes sericas, quae a maiestate nostra dominationi tuae potentissimae mittenda erant ex pacto, missa nunc sunt per Constantinum protoproedrum et praepositum dignitatibus, iuxta placitum Bulchardi fidissimi tibi et nobilissimi comitis. et dicta quidem summa pecuniae constat argento facto et Romanato antiquae qualitatis. ubi autem iusiurandum nobilitas tua praestiterit, etiam reliqua ducenta sedecim millia nummorum et stipendia dignitatum viginti concessarum per Bagelardum dominationi tuae fidelissimum mittentur tibi, simulac in Longibardiam perveneris. quomodo vero iusiurandum praestandum sit, significatum et antea nobilitati tuae est, et exponet accuratius Constantinus protoproedrus et praepositus, qui de singulis capitibus, [illegible] expediri et iureiurando a te firmari oportet, mandat[illegible] quando enim conventio i[illegible]ies[illegible] a nobilitate tua legatos facta est, [illegible]ra[illegible] mo-menti, de quib[illegible]

ἀναγκαιοτέρων κεφάλαια· ὅτι δὲ περὶ τούτων μὴ ἔχειν πρόσταξιν εἶπον οἱ τῆς εὐγενείας σου ἄνθρωποι, κατὰ τοῦτο καὶ ἡ βασιλεία μου τὸν ὅρκον αὐτοῖς ἀνήρτησε. τοίνυν καὶ τελεσθήτω ὁ ὅρκος παρὰ τῆς εὐγενείας σου, ὡς ὁ πιστός σου C Ἀλβέρτης ἐνωμότως τῇ βασιλείᾳ μου ἐβεβαίωσε, καὶ ὡς τὸ ἡμέτερον κράτος κατὰ προσθήκην ἀναγκαιοτέραν αὐτοῦ ζητεῖ. ἡ δὲ βραδυτὴς τοῦ πιστοτάτου καὶ εὐγενεστάτου σου κόμητος τοῦ Βουλχάρδου γέγονε διὰ τὸ τὴν βασιλείαν μου βούλεσθαι τὸν φίλτατόν μου ἀνεψιόν, τὸν υἱὸν τοῦ πανευτυχεστάτου σεβαστοκράτορος καὶ περιποθήτου αὐταδέλφου τῆς βασιλείας μου, θεαθῆναι παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν ἐλθὼν ἀπαγγείλῃ σοι τὴν ἐν ἡλικίας ἁπαλῷ καταστήματι βεβηκυῖαν σύνεσιν τοῦ παιδός· τὰ γὰρ ἔξω καὶ σωματικὰ δεύτερα τίθεται λόγου ἡ βασιλεία μου, εἰ καὶ ἐν τούτοις πολὺ ἔχει τὸ περιούσιον. D ὡς γὰρ τῇ μεγαλοπόλει ἐνδημήσας ἐθεάσατο τὸ παιδίον καὶ ὅσα εἰκὸς ὡμίλησεν, ἀπαγγελεῖ σοι ὁ πρέσβυς σου. καὶ ἐπεὶ παιδίον μὲν οὔπω ὁ θεὸς τῇ βασιλείᾳ μου ἐχαρίσατο, τόπον δέ μοι γνησίου παιδὸς ὁ φίλτατος οὗτος ἐπέχει ἀδελφιδοῦς, θεοῦ εὐδοκοῦντος, οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον, ἑνωθῆναι ἡμᾶς δι' αἵματος συγγενικοῦ, καὶ φίλα μὲν ἀλλήλοις φρονεῖν ὡς Χριστιανοῖς, οἰκειοῦσθαι δὲ καὶ τὰ ἀλλήλων ὡς συγγενεῖς, ἵν' ἐντεῦθεν ἕκαστος δι' ἀλλήλων δυναμούμενοι,

3. μου : σου G. αὐτῆς C. 5. Ἀβέρτης CG. ἐβεβαίωσε C, ἐβεβαιώσατο G, ἐβεβαιώσετο P. 7. σου om. A. 9. μοι A. 11. ὃς ἐλθὼν A. 13. δεύτερον C. an τοῦ λόγου? 14. εἰ δὲ καὶ G. 16. πρέσβις A. 17. παιδίον μὲν οὔπω C, παιδίον οὔπω A, οὔπω παιδίον P, οὔπω τὸ παιδίον G.

litatis tuae ministri, etiam maiestas mea propterea sacramentum ipsis distulit. ergo praestetur iusiurandum a nobilitate tua, ut fidelis tuus Albertes maiestati meae iuratus confirmavit, utque maiestas nostra petit ob additamentum satis necessarium. cunctationis ac morae Bulchardi, comitis tui fidelissimi et nobilissimi, ea fuit causa, quod nepotem carissimum, filium sebastocratoris felicissimi, germani maiestatis meae fratris, ab ipso conspici maiestas mea voluit, ut redux nuntiaret tibi firmum ac solers in tenerae aetatis statu pueri ingenium; externa enim et quae ad corpus pertinent, rationi posthabet maiestas mea; quanquam et illis virtutibus admodum excellit; prout narrabit tibi legatus tuus, qui cum in urbe versabatur, vidit puerum atque cum eo, ut res postulabat, confabulatus est. ac quoniam filium quidem deus mihi nondum dedit, hic autem fratris filius suavissimus filii mihi est loco, si deo placuerit, nihil impediet, quominus propinquitate coniungamur, et cum amica, ut Christianos decet, in nos

φοβεροὶ τοῖς ἐναντίοις ὦμεν μετὰ θεοῦ. τῇ μέντοι εὐγενείᾳ σου νῦν ἀπεστάλησαν δεξιωμάτων ἕνεκεν ἐγκόλπιον χρυσοῦν μετὰ μαργαριταρίων, θήκη διάχρυσος ἔχουσα τμήματα ἔνδον διαφόρων ἁγίων, ὧν ἕκαστος διὰ τοῦ ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν ἐντεθέντος χαρτίου γνωρίζεται, καυκίον σαρδωνύχιον καὶ ἐμπότης κρύος, ἀστροπελέκυν δεδεμένον μετὰ χρυσαφίου καὶ ὀποβάλσαμον. μακρύναι ὁ θεὸς τὴν ζωήν σου, πλατύ- P. 95 ναι τὰ τῆς ἐξουσίας σου ὅρια, καὶ θείη σοι πάντας τοὺς ἀντιπίπτοντας εἰς ὀνειδισμὸν καὶ εἰς καταπάτημα. εἰρήνη εἴη τῇ ἐξουσίᾳ σου, καὶ γαλήνης ἥλιος ἐπιλάμψοι πάσῃ τῇ ὑπηκόῳ σου, καὶ γένοιντό σοι ἅπαντες εἰς ἀφανισμὸν οἱ ἐχθροί, τῆς ἄνωθεν κραταιᾶς ἰσχύος κατὰ πάντων σοι χαριζομένης V. 79 τὸ ἄμαχον, τοσοῦτον τὸ ἀληθινὸν αὐτοῦ ὄνομα ἀγαπῶντι καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐκείνου τὴν χεῖρα ὁπλίζοντι."

11. Οὕτω μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν οἰκονομήσας, αὐτὸς πρὸς τὸ κατεπεῖγον καὶ ὑπόγυιον τὸν κίνδυνον ἀπειλοῦν ἡτοιμάζετο, ἐγκαρτερῶν ἔτι τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, B σκοπῶν ὅπως διὰ παντοίας μεθόδου τοῖς εἰς προὖπτον ἐπι-

2. ἀπεστάλη C. 3. μαργάρων C. ἔχουσα ἔνδοθεν τμήματα A. 4. τοῦ C, τῶν P, τὸν G. 5. ἐντεθέντα χάρτην G. lege σαρδονύχιον cum Ducangio Gloss. I. p. 147. 6. ἀστεροπελέκιν A. 7. μακρῦναι et πλατῦναι PG, recte A. 8. τῆς om. A. 10. καὶ γαλήνη, ἥλιος PG, alterum A. vid. annotat. 11. ἀφανισμὸν C, ὀνειδισμὸν PG, ὀνειδισμὸν καὶ ἀφάνειαν A. 13. τοσοῦτο G. 16. αὐτὸς om. A. κατεπείγων G. ἀπειλοῦν C, ἁπλοῦν PG. 17. ἐγκαρτερῶν: καὶ τέως ἐν τῇ βασ. τῶν πολ. ἐγκαρτερῶν ἦν καὶ διὰ παντοίας A.

invicem voluntate simus, etiam necessitudinis familiaritas inter nos intercedat, ut alter alterius potentia aucti, terrori deo iuvante simus adversariis. misimus autem nobilitati tuae amicitiae et bonae voluntatis ergo crucem, quae in sinu gestari solet, auream et margaritis ornatam, pyxidem auream, in qua sanctorum particulae nonnullorum insunt, quorum cuiusque nomen ex apposita cuique chartula cognoscitur; pateram e sardonyche et poculum crystallinum, astriformem securim aurea ligatam fibula et opobalsamum. prolonget deus vitam tuam, dilatet fines imperii tui afficiatque omnes adversantes opprobrio et pernicie. pax sit dominationi tuae, et tranquillitatis lux universae terrae tibi subditae illucescat, et redigantur omnes hostes tui ad internecionem, coelesti dei potentia vim tibi contra omnes largiente invictam, quippe qui tantopere verum eius nomen colas et contra hostes illius armis accingare."

11. Ita rebus per Occidentem dispositis, ipse ad ea, quae urgebant praesensque periculum intentabant, sese paravit, in urbe etiam tum degens, dispexitque, qua ratione hostibus iamiam immi-

κειμένοις ἐχθροῖς ἀντικατασταίη. καὶ ἐπεί, ὡς ὁ λόγος φθά-
σας ἐδήλωσε, τοὺς μὲν ἀθεωτάτους Τούρκους περὶ τὴν Προ-
ποντίδα ἑώρα ἐνδιατρίβοντας, τοῦ Σολυμᾶ τῆς ἑῴας ἁπάσης
ἐξουσιάζοντος καὶ περὶ τὴν Νίκαιαν αὐλιζομένου (οὗ καὶ
σουλτανίκιον ἦν, ὅπερ ἂν ἡμεῖς βασίλειον ὀνομάσαιμεν,) καὶ
προνομὰς συνεχῶς ἀποστέλλοντος καὶ ληϊζομένου ἅπαντα τά
τε περὶ τὴν Βιθυνίαν διακείμενα καὶ Θυνίαν, καὶ μέχρις
αὐτῆς Βοσπόρου τῆς νῦν καλουμένης Δαμάλεως ἱππηλασίας
καὶ ἐπιδρομὰς ποιουμένους καὶ λείαν πολλὴν ἀφαιρουμέ-
C νους καὶ μονονοὺ ὑπεράλλεσθαι καὶ αὐτῆς ἐπιχειροῦντας τῆς
θαλάττης· οὓς οἱ Βυζάντιοι ὁρῶντες ἀφόβως πάντῃ ἐνδιατρί-
βοντας ἐν τοῖς περὶ τὰς ἀκτὰς διακειμένοις πολιχνίοις καὶ
ἱεροῖς τεμένεσι, μή τινος ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀπελαύνοντος, ἔν-
τρομοι διὰ παντὸς ὄντες, διηποροῦντο ὅ τι δεῖ διαπράξασθαι·
ταῦτα ὁρῶν ὁ βασιλεύς, πολλοῖς κυμαινόμενος λογισμοῖς καὶ
πολλὰς λαμβάνων μεταβολὰς καὶ τροπάς, τοῦ κρατήσαντος
γίνεται λογισμοῦ καί, ὡς ἐνόν, ἔργου εἴχετο. ἀφ' ὧν οὖν
ἐξ ὑπογυίου συνειλοχὼς ἦν Ῥωμαίων ἀνδρῶν καί τινων ἀπὸ
τοῦ Χώματος ὡρμημένων δεκάρχας προχειρισάμενος καὶ ἐν
D ἀκατίοις ἐνθέμενος, τοὺς μὲν ψιλοὺς τόξα καὶ ἀσπίδα φέρον-
τας μόνον, τοὺς δὲ καὶ ἄλλως θωρήξασθαι εἰδότας κόρυσί τε

4. οὗ γὰρ G. 5. σουλτανίκη G. 6. πρὸς νομὰς G. τά om. G. 7. Θινίαν C. 9. δὲ καὶ ἐπιδρομὰς G. ἀφαιρούμενοι C. 10. ἐπισχυροῦντας P, ἐπιχειροῦντας CG. 11. θαλάσσης C. 13. αὐτοῖς G. ἔντρομοι — διηποροῦντο om. G. 16. κρατίστου G. 21. εἰωθότας coni. Diesterwegius. vid. annotat.

nentibus resisteret. cumque, ut supra narravimus, Turcas videret impiissimos circa Propontidem commorari, Solyma, qui Orienti toti imperitabat, Nicaeae habitante (ubi etiam sultanicium erat, quod nos palatium diceremus,) et praedatores quotidie immittente et omnes circa Bithyniam Thyniamque regiones depraedante, atque etiam usque ad ipsum Bosporum, quae Damalis nunc vocatur, incursiones illos facere praedamque multam agere et tantum non ipsum traiicere mare: quos cum Byzantii sine ullo metu in oppidulis circa littora sitis et in sacris templis morari animadverterent, nemine inde eos pellente, terrore indesinenter perculsi, quid consilii caperent non habebant; — haec igitur imperator videns, postquam multa cum animo agitavit sententiamque saepe mutavit, tandem consilium, quod optimum videbatur, secutus, quam poterat celeriter rem aggressus est. ex iis igitur, quos subito conscripserat Romanos et Chomate oriundos, decuriones delegit navibusque imposuit, alios leviter armatos arcu duntaxat et clypeo, alios etiam galeis clypeisque et ha-

καὶ ἀσπίσι καὶ δόρυσι, νυξὶ περὶ τὰς ἀκτὰς καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐρχομένους λάθρα ἐξάλλεσθαί τε καὶ τοῖς ἀθέοις εἰσπίπτειν ἐκέλευσεν, εἴγε κατανοοῖεν μὴ πολλαπλοῦς τῆς αὐτῶν ποσότητος ἐκείνους εἶναι, καὶ εὐθὺς παλινοστεῖν ἕκαστος ὅθεν ἐξῄει. ἀπειροπολέμους δὲ πάντη γινώσκων αὐτούς, ἐπέσκηπτεν ἀψοφητὶ τὴν εἰρεσίαν τοῖς ἐρέταις παραγγέλλειν ποιεῖσθαι, φυλαττομένους ἅμα καὶ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ῥωγμαῖς τῶν πετρῶν λοχώντων βαρβάρων. τούτων γοῦν ἐπί τισιν ἡμέραις οὕτω τελουμένων, κατ' ὀλίγων τῶν περὶ τὴν θάλατταν χωρίων P. 96 ἀνωτέρω ἐχώρουν οἱ βάρβαροι. ὅπερ ὁ αὐτοκράτωρ μεμαθηκώς, τοῖς ἀποσταλεῖσι παρεκελεύετο καταλαβεῖν, ἅπερ ἐκεῖνοι πρώην κατεῖχον πολίχνια καὶ οἰκοδομήματα, καὶ εἴσω τούτων διανυκτερεύειν· περὶ δὲ τὰς ἡλιακὰς αὐγάς, ὁπηνίκα χορταγωγίας χάριν ἤ τινος καὶ ἑτέρας χρείας τοῖς ὑπεναντίοις ξυμβαίνει ἐξιέναι, ἀθρόον αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι, καὶ εἴ τι κατ' αὐτῶν δυνηθεῖεν, ἀρκεῖσθαι τούτῳ, κἂν μικρὸν ᾖ, καὶ μὴ B πλεῖον ζητοῦντας παρακινδυνεύειν καὶ θάρσος τοῖς ἐχθροῖς ἐντεῦθεν διδόναι, ἀλλ' εὐθὺς ὑποστρέφειν καὶ εἴσω τῶν φρουρίων γίνεσθαι. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ πορρωτέρω αὖθις οἱ βάρβαροι ἐγίνοντο, ὥστε ἀποθαρρῆσαι τὸν αὐτοκράτορα τοῖς τέως πεζοῖς καὶ ἱππάσασθαι κελεῦσαι καὶ δόρυ κινεῖν καὶ πολλοὺς διαύλους ἱππασίας κατὰ τῶν ἐναντίων ποιεῖν, οὐκέτι V. 80

2. τοῖς add. G. 3. κατανοῖεν P, recte G. 7. ῥεχμαῖς C, voluit ῥωχμαῖς. 9. lege κατ' ὀλίγον. 10. ἀνωτέρων C. 15. συμβαίνει CG. 20. fortasse ἀποθαρρήσαντα.

stis instrui solitos; eosque noctu ad littora accedere, clam de navibus exsilire barbarosque invadere iussit, si quando illos non multo maiore, quam ipsi, numero esse cernerent, et statim regredi, unde quisque exisset. verum cum eos rei bellicae plane imperitos novisset, praecepit, ut nautas quam minimo strepitu remigare iuberent, simulque ab insidiis barbarorum in rupibus subsidentium sibi caverent. id ubi per dies aliquot ita factum esset, paulatim barbari ex maritimis locis in interiora recedebant. quo imperator cognito, iis, quos miserat, praecepit, oppidula et aedificia, quae illi ante obtinuissent, occuparent in iisque pernoctarent; primo autem mane, quo tempore commeatus vel alius rei causa prodire hostes solerent, cuncti aggrederentur, et si quid profecissent, eo, licet exiguo, contenti essent, nec, dum maiora concupiscerent, in periculum inciderent et hostibus animos redderent; sed illico cederent atque in arces sese reciperent. non ita multo post etiam ulterius barbari recesserunt; qua re confirmatus imperator animo, suos huc usque pedites etiam equitare iussit et hastam vibrare, saepiusque repetitis incur-

ἐν νυκτὶ οὐδὲ λάθρα ἐμπίπτουσιν, ἀλλὰ καὶ ἡμέρας ἄρτι αὐγαζούσης. καὶ οἱ τέως δεκάρχαι πεντηκοντάρχαι γεγόνασι, C καὶ οἱ πεζοὶ οἱ καὶ νυκτὸς μετὰ δέους πολλοῦ τοῖς ἐναντίοις μαχόμενοι, ἑωθινοὶ αὐτοῖς ἐπετίθεντο, καὶ ἡλίου ἐς μεσουράνημα φθάνοντος μετὰ θάρσους λαμπροὺς ξυνίστων πολέμους. οὕτως οὖν τοῖς μὲν εἰς τοὐπίσω προὐχώρει τὰ πράγματα, τῇ δὲ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἀναλάμπειν κατὰ μικρὸν τὸν ὑποτυφόμενον τῆς ἐξουσίας σπινθῆρα συνέβαινεν. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς Βοσπόρου μόνον καὶ τῶν τῇ θαλάττῃ παρακειμένων χωρίων ὁ Κομνηνὸς αὐτοὺς πόρρω που μάλα ἀπήλασεν, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Βιθυνίαν καὶ Θυνίαν ἅπασαν καὶ τῶν τῆς Νικο- D μήδους ὁρίων ἐκδιώξας, τὰ περὶ εἰρήνην ἀνέπεισε τὸν σουλτάνον μάλα θερμῶς ἐξαιτεῖσθαι. ὡς δὲ τὴν ἀκατάσχετον τοῦ Ῥομπέρτου ὁρμὴν ἐκ πολλῶν ἐβεβαιοῦτο, καὶ ὡς ἀπειροπληθεῖς συναγηοχὼς δυνάμεις ἤδη πρὸς τὴν ἠϊόνα τῆς Λογγιβαρδίας ἐγγίζειν ἐπείγεται, ἄσμενος τὸν περὶ εἰρήνης δέχεται λόγον. εἰ γὰρ μηδὲ τὸν Ἡρακλέα πρὸς δύο μάχεσθαι ἐνῆν, ὡς ὁ παροιμιώδης αἰνίττεται λόγος, πολλῷ μᾶλλον νέον ἀρχηγὸν νεωστὶ διεφθορυίας ἐπιδραξάμενον ἤδη ἀρχῆς, κατὰ μικρὸν μὲν πρὸ πολλοῦ φθινούσης, εἰς τοὔσχατον δὲ ἤδη ἐληλακυίας, μὴ δυνάμεις, μὴ χρήματα κεκτημένον· προπέποτο γὰρ ἅπαντα ἐν μηδενὶ χρησίμῳ καταναλωθέντα. ἔνθεν

4. ἐς om. G. μεσουράνημα P, μεσουράνισμα CG. 5. συνίστων C, ξυνίστων PG. 7. τὸν G, τὸ P. 11. Θινίαν C. 20. δ' G.

sionibus hostem lacessere; nec id amplius noctu et furtim, sed ipsa iam luce. ac decuriones qui hucusque erant, quinquaginta militum ductores fiebant, et pedites, qui noctu non sine magno pavore cum hostibus pugnaverant, mane adorti, ubi sol medium obtinuit coelum, fortiter cum iis acerrimeque dimicabant. sic illorum res retro se tulit, Romano autem imperio, ut sopita potentiae scintilla paullatim exardesceret, contigit. non enim a Bosporo solum et maritimis regionibus procul eos depulit Alexius, verum etiam Bithynia Thyniaque universa atque Nicomediae finibus cum Turcas eiecisset, sultanum eo adegit, ut pacem instanter peteret. iam cum de vehementissimo Roberti impetu a multis certior factus esset eumque, immensis copiis contractis, iam in Longibardiae littus contendere, libenter pacis conditiones accepit. nam ne Hercules quidem adversus duos, ut in proverbio est, certare potuit, nedum iuvenis imperator, qui vix susceperat imperium rei publicae, quae cum paullatim pridem imminuta esset, in ultimo iam discrimine erat, et copiis et pecuniis deficientibus: absumpta enim omnia erant sine ulla utilitate publica. id

τοι καὶ τοὺς Τούρκους διὰ παντοίας μεθόδου τῆς τε Δαμά- P. 97 λεως καὶ τῶν περὶ αὐτὴν παραλίων τόπων ἐκδιώξας, ἅμα δὲ καὶ δώροις δεξιωσάμενος, ἐξεβιάζετο εἰς εἰρηνικὰς ἀπονεῦσαι σπονδάς, καὶ ὅρον αὐτοῖς τὸν καλούμενον Δράκοντα ποταμὸν δεδωκώς, μὴ ὑπερβαίνειν ὅλως αὐτοῦ, μήτε ποτὲ πρὸς τὰ ὅρια Βιθυνῶν ἐξορμᾶν ἔπεισεν.

12. Οὕτω μὲν οὖν τὰ περὶ τὴν ἕω κατηύναστο. καταλαβὼν δὲ τὸ Δυρράχιον ὁ Παλαιολόγος, ταχυδρόμον ἀποστείλας τὰ περὶ τοῦ Μονομαχάτου ἐδήλου, ὅτι τὰ περὶ τὴν ἐκείνου ἄφιξιν μεμαθηκώς, σπουδαίως πρός τε τὸν Βοδῖνον καὶ τὸν Μιχαηλᾶν προσεληλύθει. ἐδεδίει γὰρ διὰ τὸ μὴ ὑπακοῦσαι, B ἀλλὰ κενὸν ἀποπέμψαι, ὃν πρὸ τοῦ τὴν μελετωμένην ἀποστασίαν εἰς φῶς ἀγαγεῖν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος πρὸς αὐτὸν ἀποπεπόμφει γραμματοκομιστήν, χρήματα δι' αὐτοῦ αἰτούμενος, κἂν ὁ βασιλεὺς μηδὲν κατ' αὐτοῦ ἐναντίον διενοεῖτο, εἰ μὴ τὴν τῆς ἀρχῆς παράλυσιν διὰ τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν αἰτίαν. διαγνοὺς δὲ τὰ κατὰ τὸν Μονομαχάτον ὁ αὐτοκράτωρ, χρυσόβουλλον λόγον πρὸς αὐτὸν ἐξαποστέλλει, πᾶσαν ἀφροντισίαν αὐτῷ παρέχων· ὃν ἐν χερσὶν ἐκεῖνος λαβὼν παλινδρομεῖ πρὸς τὰ βασίλεια. ὁ δὲ Ῥομπέρτος εἰς Ὑδροῦντα παραγενόμενος C καὶ τὴν ἅπασαν αὐτοῦ ἐξουσίαν καὶ αὐτῆς δὴ τῆς Λογγιβαρδίας τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ῥογέρῃ ἀναθέμενος, ἐκεῖθεν ἐξελθών, τὸν

2. δὲ add. A. 3. ἐξεβιάζετο CG, ἐξεβιάσατο P, κατηνάγκασε A. 5. αὐτοῦ ὅλως A. 7. οὖν om. A. παρὰ A. ἑώαν A. 10. σπουδαῖος G. Βοδῦνον CG. καὶ om. P. 17. χρυσοβούλλου G. 18. ἀφροντησίαν G. 20. Ἰδροῦντα CA. 21. τῆς om. G. Λογγοβαρδίας P. 22. ἐκεῖθεν : πέραν A.

eum compulit, ut postquam Turcas variis modis Damali et locis circa maritimis eiecit, eosdemque insuper largitione devinxit, propensiore ad pacem animo esset. terminum iis Dracontem quem appellant fluvium concessit, quem ne traiicerent, neve in Bithyniorum fines irrumperent, pactus est.

12. Ita res Orientis compositae sunt. at Palaeologus ubi Dyrrhachium pervenit, cursore misso, Alexio significat, Monomachatum, audita Palaeologi profectione, celeriter ad Bodinum et Michaelam se recepisse. nam in metu erat, propterea quod non obtemperaverat, sed, quem ante factam rebellionem imperator Alexius cum litteris miserat nuntium pecuniam rogatum, vacuum dimiserat. quanquam nihil in eum gravius imperator decreverat, nisi quod magistratum erat abrogaturus propter causam, quam dixi. cum haec de Monomachato audivisset imperator, bullam ad ipsum auream misit, qua plenam ipsi securitatem dedit. qua ille accepta, reversus in aulam est. sed Robertus, postquam Hydruntem pervenit, et omnem suam ditio-

λιμένα τοῦ Βρεντησίου κατέλαβε, κἀκεῖσε την τοῦ Παλαιολό-
γου εἰς τὸ Δυῤῥάχιον ἔλευσιν μεμαθηκώς, παραχρῆμα ἐν
V. 81 τοῖς μείζοσι τῶν πλοίων πύργους δειμάμενος διὰ ξύλων, διὰ
βύρσης τούτους περιέστειλε. καὶ πάντα τὰ πρὸς τειχομαχίαν
ἐπιτήδεια ἐν ταῖς ναυσὶν εἰσαγαγὼν σπουδαίως, εἴς τε τοὺς
δρόμωνας ἵππους τε καὶ ἐνόπλους ἱππέας εἰσελάσας, καὶ πάν-
D τοθεν τὰ πρὸς πόλεμον ὀξέως μάλα ἐξαρτήσας, διαπερᾶν
ἠπείγετο. ἐσκόπει γάρ, ὁπηνίκα τὸ Δυῤῥάχιον καταλάβῃ,
περιζῶσαι τοῦτο διὰ τῶν ἑλεπόλεων ἀπό τε θαλάττης καὶ
ἠπείρου, ἵν' ἅμα μὲν καταπλήξῃ τοὺς ἐντός, ἅμα δὲ καὶ
πανταχόθεν περιστοιχίσας αὐτούς, ἐξ ἐφόδου τὴν πόλιν αἱ-
ρήσεται. θόρυβος τοίνυν ἐντεῦθεν τούς τε νησιώτας καὶ τοὺς
περὶ τὴν ἠϊόνα τοῦ Δυῤῥαχίου ταῦτα μεμαθηκότας κατέσχε
πολύς. ἐπεὶ δὲ κατὰ γνώμην αὐτῷ πάντα ἤδη τετέλεσται,
λύσας τὰ πρυμνήσια, τούς τε δρόμωνας καὶ τὰς τριήρεις
νῆας καὶ μονήρεις κατὰ τὴν τῶν ναυτικῶν ἐμπειρίαν εἰς πο-
P. 98 λέμου σχῆμα διατυπώσας, σὺν εὐταξίᾳ τοῦ πλοὸς ἀπεπει-
ρᾶτο. οὐρίου δὲ τυχὼν πνεύματος, τὴν κατὰ τὸν Αὐλῶνα
περαίαν κατέλαβε, καὶ τὴν ἠϊόνα παραπλέων, ἀπῆλθε μέχρι
Βοθρεντοῦ. κἀκεῖσε ἑνωθεὶς μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Βαϊ-
μούντου τοῦ προφθάσαντος περᾶσαι καὶ τὸν Αὐλῶνα ἐξ ἐφό-

1. Βρεντησίου GA, Βροντησίου C, Βρεντεσίου P. 7. lege ἐξαρτύσας. 10. δὲ om. G. 11. περιστοιχίσας C, περιστοιχήσας PG. 14. γνώμην : νοῦν A. τὰ πάντα A. ἤδη om. PG, add. CA. 17. ἀταξίᾳ CG. 18. δὲ : τε A. 19. ἠόνα A. διαπλέων G. ἀπῆλθε μέχρι A, ἀπῆλθεν μέχρι C, ἀπῆλθεν ἐν μέχρι PG. 20. βοθρωτοῦ A. βαϊμούνδου GA hic et infra. 21. τοῦ add. G.

sem atque adeo ipsam Longibardiam Rogerio filio commisit, inde solvens Brundusi portum occupavit; ubi audito Palaeologum Dyrrhachium advenisse, in maioribus statim navigiis turres aedificari ligneas iussit, quas corio contexit. omnibusque, quibus ad oppugnandum opus est, in naves diligenter comportatis, equis equitibusque armatis in dromones impositis, rebusque ceteris ad bellum undecunque summa industria paratis, traiicere properabat. in animo enim erat, si Dyrrhachium pervenisset, machinis urbem terra marique circumdare, ut perculsis qui intus essent et omni ex parte inclusis, primo impetu urbem caperet. hinc et insulani et qui Dyrrhachii littus incolebant, cum nuntium illum accepissent, in summa trepidatione erant. Robertus, omnibus iam ex sententia confectis, ancoras solvit, ac dromonibus et triremibus uniremibusque rerum nauticarum usu in belli speciem ornatis, ordine expeditionem ingressus est. ventum nactus secundum, adversae ad Aulonem ripae appulit, indeque oram legens Buthrotum

δου κατασχεῖν, διχῇ τὸ ἅπαν διελὼν στράτευμα, τὸ μὲν αὐτὸς κατεῖχε, διὰ θαλάττης τὸν ἀπόπλουν ὡς πρὸς τὸ Δυρράχιον ἐθέλων ποιήσασθαι, τοῦ δὲ τὸν Βαϊμοῦντον ἄρχειν ἐπέτρεψε, διὰ ξηρᾶς μέλλοντα πρὸς τὸ Δυρράχιον ὁδεῦ- B σαι. καὶ δὴ τὴν Κορυφὼ διελθὼν καὶ πρὸς τὸ Δυρράχιον ἀποκλίνας, κατὰ τὸ ἀκρωτήριον Γλῶσσαν καλούμενον μεγίστῳ κλύδωνι αἴφνης περιπεπτώκει. νιφετὸς γὰρ πολὺς καὶ ἄνεμοι τῶν ὀρῶν κινηθέντες τὴν θάλατταν σφοδρῶς συνετάραττον. κἀντεῦθεν ἠγείρετό τε τὰ κύματα καὶ ἐπωρύετο, αἵ τε κῶπαι τῶν προσκώπων καθημένων ἐθραύοντο, τά θ' ἱστία διαβιβρώσκοντες ἦσαν οἱ ἄνεμοι, αἱ δὲ κεραῖαι συνθλώμεναι κατὰ τοῦ καταστρώματος ἔπιπτον, καὶ αὔτανδρα ἤδη τὰ σκάφη κατεποντίζοντο, κἂν θέρους ὥρα ἦν, τοῦ ἡλίου τὸν καρκῖνον C ἤδη παρελθόντος καὶ πρὸς τὸν λέοντα ἐπειγομένου, ὁπότε καὶ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν εἶναί φασιν. ἐταράττοντο οὖν ἅπαντες ἐξαπορούμενοι, καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ δράσαιεν, πολεμίοις τοιούτοις ἀντικαθίστασθαι μὴ δυνάμενοι. θροῦς δὲ ἐπῄρετο πολύς, ᾤμωζον, ἐποτνιῶντο, ἐθεοκλύτουν θεὸν σωτῆρα ἐπικαλούμενοι, καὶ τὴν ἤπειρον θεάσασθαι ἐπηύχοντο. ὁ δὲ κλύδων τέως οὐκ ἐνεδίδου, μηνίοντος ὥσπερ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸ τοῦ Ῥομπέρτου ἀκάθεκτον καὶ ὑπέρογκον φρύαγμα καὶ τὸ D

4. ἐπέτρεψε A, ἐπέτρεψεν PG. 5. δὴ om. G. 10. καθημένων A, καθιέντων PG. τὰ δὲ G. 11. οἱ om. G. 12. καταστρώματος : στρατεύματος A. 15. γοῦν A. 17. δ' P, δὲ GA. 18. ᾤμοζον PG, recte A. ἐθεόκλύτουν C, ἐθεοκλήτουν PGA. θεὸν καὶ σωτῆρα G. 19. ηὔχοντο A.

pervenit. ubi adiuncto sibi Boëmundo filio, qui prius traiecerat et Aulonem primo impetu ceperat, in duas partes universas copias divisit, quarum alteram ipse duxit, mari Dyrrhachium navigaturus, alteri filium Boëmundum praefecit, qui terrestri itinere Dyrrhachium proficisceretur. iamque Corcyram praetervectus ad Dyrrhachium tenebat, cum circa promontorium, quod Glossa dicitur, procella eum maxima oppressit. tempestas enim nivalis et venti ex montibus perflantes mare vehementer turbabant. dum fluctus cientur et immane sonant, remi franguntur, cessante remige; discerpuntur vela vi ventorum; antennae fractae in foros cadunt, et cum ipsis hominibus iam navigia merguntur; quanquam aestivum tempus erat, sole post cancrum superatum ad leonem festinante, quod caniculae exorientis tempus esse aiunt. gravis igitur perturbatio invasit omnes, nec quid agerent habebant; nam talibus hostibus resistere non poterant. clamorem quisque tollere, lamentari, miseros se appellare, deum invocare salvatorem, et ut terram conspicerent, vota facere. nec tamen remisit tum tempestas, irascente quasi deo propter impotentem et immodicam

τέλος ἐκ πρώτης ἀφετηρίας οὐκ εὐτυχὲς παραδεικνύοντος ἤδη. τὰ μὲν οὖν τῶν πλοίων σὺν αὐτοῖς πλωτῆρσι κατεποντίσθη, τὰ δὲ ταῖς ἀκταῖς προσαραχθέντα συνεθλάσθη. τῶν δὲ περιστελλουσῶν τοὺς πύργους βυρσῶν ὑπὸ τοῦ ὑετοῦ χαλαρωτέρων γεγοννιῶν, οἵ τε ἧλοι τῶν οἰκείων τόπων ἐξέστησαν, V. 82 καὶ τὸ ἐντεῦθεν αἱ βύρσαι βάρος εἰληφυῖαι τοὺς ξυλίνους ἐκείνους πύργους ταχὺ περιέτρεψαν, καὶ καταρραγέντες τὰς ναῦς κατέδυσαν. τὸ δέ γε σκάφος, ἐν ᾧ ὁ Ῥομπέρτος ἐνῆν, ἡμίθραυστον γεγονὸς μόγις διεσώθη· διεσώθησαν δὲ καί τινες τῶν ὁλκάδων σὺν τοῖς πλωτῆρσι παραδόξως. πολλοὺς μὲν P. 99 οὖν ἡ θάλαττα ἀποπτύσασα, οὐκ ὀλίγα δὲ βαλάντια καὶ ἄλλ' ἄττα ἐξ ὧν τὸ ναυτικὸν τοῦ Ῥομπέρτου συνεπεφέρετο, περὶ τὴν ψάμμον κατέστρωσε. τοὺς μέντοι νεκροὺς οἱ σωθέντες περιστέλλοντες ἔθαπτον, κἀντεῦθεν πολλῆς τῆς ἐκ τούτων δυσωδίας ἐμπίμπλαντο. οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς τοσούτους ῥᾳδίως ἐνσοριάσαι. τῶν οὖν ἐδωδίμων ἁπάντων ἀφανισθέντων, τάχα ἂν καὶ ὑπὸ λιμοῦ διεφθάρησαν οἱ τέως σωθέντες, εἰ μὴ τὰ λήϊα πάντα καὶ οἱ ἀγροὶ καὶ οἱ κῆποι τοῖς καρποῖς ἔβριθον. συνετὰ μὲν οὖν ταῦτα ἦσαν πᾶσι τοῖς φρονοῦσιν ὀρθῶς, τὸν δὲ Ῥομπέρ- B τον οὐδὲν τῶν γεγονότων ἐφόβει, ἀκαταπτοήτως ἔχοντα καὶ

4. ἀπὸ GA. 5. τόπων : ἁρμονιῶν A. 8. γε om. A. 9. διεσώθησαν A, ἐσώθησαν PG. 11. οὖν om. A. θάλαττα C, θάλασσα PGA. ἀποπτύουσα CG, ἀποπτύσασα PA. ἄλλα τὰ libri, correxi. 12. κατέστρωσε περὶ τὴν ψάμμον G. 13. περιστείλαντες ἔθαψαν A. 15. ἐπίπλαντο A. lege ἐνεπίμπλαντο. ἐνσωριάσαι PG, recte CA. 16. ἐδοδίμων P. πάντων A. τάχ' ἂν A. καὶ om. G. 19. πᾶσι add. CA.

Roberti insolentiam, et exitum ipso principio non felicem fore iam significante. navium aliae cum ipsis vectoribus mari hauriebantur, aliae littori illisae frangebantur. coriis autem, quae turres tegebant, magis magisque imbre laxatis, clavi locis suis excidebant, et coria, iam pondus nacta, facile evertebant ligneas istas turres; quarum ruina naves ipsae submersae sunt. navigium, quo Robertus vehebatur, semifractum vix servatum est; servatae quoque sunt onerariae aliquot naves cum vectoribus praeter exspectationem. multos mare eiecit, nec pauca marsupia et alia quaedam de iis, quae classiarii secum attulerant, in littore sparsit. mortuos rite sepelierunt, qui servati erant; quod dum faciunt, multo cadaverum foetore implebantur; neque enim celeriter tanto numero humari poterant. cum autem commeatus omnis mari absumtus esset, non multum abfuit, quin etiam superstites fame perirent, nisi segetes omnes et agri et horti frugibus onusti fuissent. hoc infortunium quid significaret, facile omnes, qui saperent, intelligebant; at Robertum nihil eorum, quae acciderant,

εἰς τοσοῦτον, οἶμαι, τὴν ζωὴν ἑαυτῷ διαρκέσαι ἐπευχόμενον,
ἐφ' ὅσον πρὸς οὓς ἐθέλει μάχεσθαι δύναιτο ἄν. ἔνθεν τοι
καὶ τοῦ προκειμένου σκοποῦ τῶν γεγονότων οὐδὲν ἀπεῖρξεν
αὐτόν. ἀλλὰ μετὰ τῶν περισωθέντων (ἦσαν γάρ τινες οἳ
θεοῦ ἀμάχῳ δυνάμει τοῦ κινδύνου ῥυσθέντες) ἑβδόμην ἡμέ-
ραν εἰς τὴν Γλαβινίτζαν ἐγκαρτερήσας, ἐφ' ᾧ αὐτὸν ἀνακτή-
σασθαι, διαναπαῦσαι δὲ καὶ τοὺς ἐκ τοῦ κλύδωνος τῆς θα-
λάττης διασωθέντας, φθάσαι δὲ καὶ τοὺς εἰς τὸ Βρεντή-
σιον καταλειφθέντας καὶ μὴν καὶ τοὺς ἄλλοθεν προσδοκω- C
μένους διὰ στόλου καταλαβεῖν, τούς τε πρὸ μικροῦ φθάσαν-
τας διὰ τῆς ἠπείρου διαπεραιωθῆναι ἱππέας ἐνόπλους καὶ
πεζοὺς καὶ τὸ ψιλὸν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως, ἅπαντας συνα-
γηοχὼς διά τε τῆς ξηρᾶς καὶ τῆς θαλάσσης, τὸ Ἰλλυρικὸν
πεδίον κατέλαβε μετὰ πασῶν τῶν αὐτοῦ δυνάμεων. συνῆν
δὲ αὐτῷ καὶ ὁ ταῦτά μοι διηγούμενος Λατῖνος, ὡς ἔλεγε,
πρέσβυς τοῦ ἐπισκόπου Βαρέως πρὸς τὸν Ῥομπέρτον ἀποστα-
λείς, καὶ ὡς διεβεβαιοῦτο, σὺν τῷ Ῥομπέρτῳ τὴν τοιαύτην
διέτριβε πεδιάδα. καὶ δὴ ἐντὸς τῶν ἐρειπωθέντων τειχῶν D
τῆς πάλαι καλουμένης πόλεως Ἐπιδάμνου καλύβας ἐπήγνυν-
το, ἰλαδὸν τὰς δυνάμεις κατατιθέμενοι. ἐν ᾗ βασιλεύς ποτε
Ἠπειρώτης Πύρρος Ταραντίνοις ἑνωθεὶς Ῥωμαίοις ἐν Ἀπου-
λίᾳ καρτερὸν τὸν πόλεμον συνεστήσατο· καὶ ἀνδροκτασίας

3. τῶν γεγονότων om. P. 4. περισωθέντων A, σωθέντων PG. 18. ἐριπωθέντων A. 21. Ταραντῖνος C. 22. τὸν add. A.

perterrefaciebat, cum impavido esset animo et eatenus, opinor, vitam sibi superesse precaretur, ut, contra quos vellet, pugnare posset. itaque a consilio nihil eorum, quae acciderant, eum deterrebat; sed cum iis, qui supererant, (nonnulla enim pars erat divina potentia periculo erepta,) Glabinitzae substitit dies septem, ut se suosque, qui ex tempestate elapsi erant, quiete reficeret; praeterea ut et ii, quos Brundusii reliquerat et quos aliunde classe adventuros exspectabat, et qui paulo ante terrestri itinere Buthroto profecti erant equites armati ac pedites levisque armaturae milites, adventarent. quibus collectis terra marique omnibus, Illyricum agrum cum universa copiarum vi occupavit. una cum eo erat quoque, qui haec mihi narravit, Latinus, episcopi Barensis, ut aiebat, ad Robertum legatus, qui se apud Robertum per expeditionis illius tempus commoratum affirmavit. atque intra diruta moenia urbis, quae Epidamnus olim dicebatur, tabernacula collocarunt, copiis catervatim dispositis. in qua urbe qui regnavit quondam Pyrrhus Epirota, ubi societatem cum Tarentinis iniit, grave contra Romanos in Apulia bellum suscepit. cumque magna

ἐντεῦθεν πολλῆς γεγονυίας, ὡς ἄρδην ἅπαντας ξίφους παρανάλωμα γεγονέναι, ἄοικος πάντη καταλέλειπται. ἐν ὑστέροις δὲ χρόνοις, ὡς Ἕλληνές φασι καὶ αὐτὰ δὴ τὰ ἐν τῇ πόλει γλυπτὰ γράμματα μαρτυροῦσιν, ὑπ' Ἀμφίονος καὶ Ζήθου
P. 100 ἀνοικοδομηθεῖσα εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται σχῆμα, αὐτίκα καὶ τὴν κλῆσιν μεταμείψασα Δυρράχιον προσηγόρευται. τοσαῦτα μὲν οὖν παριστορείσθω καὶ περὶ ταύτης τῆς πόλεως· καὶ ἡμῖν τὰ τοῦ τρίτου λόγου ἐνταυθοῖ συμπεπεράνθω, τὰ δ' ἐφεξῆς ὁ μετὰ τοῦτον εὐθὺς ἱστορήσειεν.

1. ἐντεῦθεν A, ἐκεῖθεν PG. ἅπαντας ἄρδην A. 4. ἐπ' CG. 6. παραμείψασα G. προσαγορεύεται G. 7. παριστορείσθω C, περιϊστορείσθω PG, προσιστορείσθω A. 8. τοῦ om. G. ἐνταῦθα G. συμπεράνθω G.

caede facta, ad unum omnes periissent, urbs vasta plane mansit. posterioribus autem temporibus, ut Graeci narrant atque ipsae etiam litterae urbis monumentis insculptae testantur, ab Amphione et Zetho in eam, qua hodie visitur, restituta formam, mutato iam nomine, Dyrrhachium appellata est. hactenus de hac urbe in transcursu, et finem hic faciamus libri tertii; reliqua sequens iam exponet.

ΑΛΕΞΙΑΣ Δ.

ALEXIADIS LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Dyrrhachium a Roberto terra marique obsidetur. Georgius Palaeologus per litteras Alexium edocet de urbis periculo (1). *is praeter Turcas in auxilium Venetos arcessit. quorum classem, prope Dyrrhachium appulsam, Boëmundus adoritur damno suo* (2). *nihil intermissa per hiemem obsidione, Roberti exercitus insequente anno fame morboque graviter affligitur* (3). *imperator Cpoli in Robertum movet, Isaacio fratre ad tutelam urbis relicto. in itinere de rebus ad Dyrrhachium gestis certior fit* (4). *ubi advenit, Palaeologum in castra evocat. an acie decertandum sit, consultant* (5). *interim Robertus fert pacis conditiones. quibus repudiatis, ne sui mox proeliaturi spem in fuga ponant, naves demergi iubet* (6). *utrimque acies instruitur* (7). *Romani nobilissimi in proelio occumbunt; Alexius ipse vulneratus fugae se mandat* (8). *mirabiliter se ab insequentibus hostibus expedit* (9). *bidui itinere Achridem pervenit, ubi Dyrrhachii tuendi rationem init* (10).

1. Ἡ μὲν οὖν ἤπειρος τὸν Ῥομπέρτον εἶχεν ἐν αὐτῇ αὐ- P. 102
λιζόμενον, ἑπτὰ καὶ δεκάτην ἄγοντος τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῆς V. 83

ΑΛΕΞΙΑΔΟΣ βιβλίον δ' GA. 2. ἔχοντος G.

1. In terra igitur continenti Robertus castra metatus est, die decimo septimo mensis Iunii indictione quarta, cum equestribus pe-

τετάρτης ἐπινεμήσεως, μεθ' ἱππέων καὶ πεζῶν δυνάμεων ἀρι-
θμὸν ὑπερβαινουσῶν, καὶ φοβερὸν ἰδεῖν ἀπό τε τοῦ σχήμα-
τος ἀπό τε τῆς στρατηγικῆς καταστάσεως· ἤδη γὰρ ἁπαν-
P. 103 ταχόθεν αὖθις συνήθροιστο στράτευμα· ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ
παντοῖον εἶδος πλοίων μεθ' ἑτέρων στρατιωτῶν, ἐμπειρίαν
πολλὴν τοῦ διὰ θαλάττης πολέμου ἐχόντων, τὸ ναυτικὸν αὐ-
τοῦ διεπλωΐζετο. περιστοιχισθέντες οὖν οἱ τοῦ Δυρραχίου
ἐντὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους, θαλάττης φημὶ καὶ ἠπείρου, καὶ
ἀπειροπληθεῖς τὰς τοῦ Ῥομπέρτου ὁρῶντες δυνάμεις καὶ πάν-
τα λόγον ὑπερβαινούσας, μεγίστῳ δέει συνείχοντο. ὁ δέ γε
Παλαιολόγος Γεώργιος γενναῖος ὢν ἀνὴρ καὶ στρατηγικὴν
B πᾶσαν ἐξησκημένος, μυρίους δὲ πολέμους ἀγωνισάμενος κατὰ
τὴν ἕω καὶ νικητὴς ἀναδειχθείς, ἀκατάπληκτος ὢν τὴν πόλιν
κατωχύρου, τάς τε ἐπάλξεις κατασκευάζων κατὰ τὰς ὑπο-
θημοσύνας τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ λιθοβόλοις τὰ τείχη κατα-
πυκνῶν μηχανήμασι, τούς τε ἀναπεπτωκότας τῶν στρατιωτῶν
ἀνακτώμενος, καὶ σκοποὺς δι' ὅλου καταστήσας τοῦ τείχους.
καὶ αὐτὸς δὴ περιπολεύων διὰ πάσης νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐπα-
γρυπνεῖν τοὺς φυλάσσοντας παρεκελεύετο. τηνικαῦτα δὲ καὶ
διὰ γραμμάτων τὴν τοῦ Ῥομπέρτου ἔφοδον ἐδήλου τῷ αὐτο-
C κράτορι, καὶ ὅτι τὴν πόλιν πολιορκήσων τὸ Δυρράχιον παρε-
γένετο. οἱ δὲ ἐντὸς ὁρῶντες τὰς ἔξωθεν ἑλεπόλεις καὶ τὸν

2. an φοβερῶν? ἰδὼν G. 3. καὶ ἀπὸ τῆς G. γὰρ om. G. 5. παντοίων G. 6. θαλάσσης CA. 7. διεπλωΐζετο C, διεπλοΐζετο PG. vid. annotat. περιστοιχίσαντες C. 12. κατὰ: περὶ C. 13. ἀναδεχθεὶς G. 14. κατὰ: ἣν κατὰ A. 18. ἐναγρυπνεῖν G.

destribusque copiis innumeris, terribili specie propter habitum ordinandique rationem; iam enim undique exercitus rursus convenerat; a mari vero omnis generis navigia cum aliis militibus, qui multum maritimi belli usum habebant, navales eius copias vehebant. circumventi igitur qui Dyrrhachium obtinebant, ex utraque parte, terra dico marique, et immensas Roberti omnemque numerum superantes copias conspicati, maximo terrore affecti sunt. at Palaeologus Georgius, vir fortis et totius rei militaris peritus, qui ex innumeris in Oriente commissis proeliis victor discesserat, intrepido animo urbem communiebat, et propugnacula exstruens, prout imperator mandaverat, et ballistas moenibus imponens; milites praeterea, siqui animum abiecerant, erigebat, speculatoribusque per murorum circuitum dispositis, ipse ambiens noctu diuque vigilare custodes iubebat. eo etiam tempore imperatorem litteris de Roberti irruptione edocuit eumque urbis Dyrrhachii expugnandae consilio advenisse. oppidani autem,

κατασκευασθέντα ὑπερμεγέθη μόσυνα ὑπερανεστηκότα καὶ αὐτῶν τῶν τοῦ Δυρραχίου τειχῶν, βύρσαις τε πανταχόθεν περιπεφραγμένον, καὶ τὰ λιθοβόλα μηχανήματα κατὰ κορυφὴν τούτου ἱστάμενα, τήν τε πᾶσαν περιβολὴν τῶν τειχῶν ἔξωθεν τοῦ στρατοπέδου περιζωσθεῖσαν, καὶ τοὺς ἁπανταχόθεν συρρέοντας συμμάχους πρὸς τὸν Ῥομπέρτον, καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις ἐξ ἐπιδρομῆς πορθουμένας, καὶ τὰς καλύβας ἐκεῖθεν καθεκάστην πολλαπλασιαζομένας, δέει συνείχοντο, διαγινώσκοντες ἤδη τὸν σκοπὸν τοῦ δουκὸς Ῥομπέρτου, D ὡς οὐκ ἐπὶ τῷ πόλεις καὶ χώρας δῃώσασθαι καὶ λείαν πολλὴν ἐκ τούτων συγκομισάμενος αὖθις εἰς Ἀπουληΐαν ἐπαναστρέψαι, ὡς ἁπανταχοῦ διεκηρυκεύετο, τὸ Ἰλλυρικὸν πεδίον κατέλαβεν, ἀλλὰ τῆς ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἱμειρόμενος, τὸ Δυρράχιον, ὅ φασιν, ἐκ πρώτης ἀφετηρίας πολιορκῆσαι ἠπείγετο. κελεύει τοίνυν ὁ Παλαιολόγος ἄνωθεν πυθέ- P. 104 σθαι, ὅτου χάριν παραγέγονεν. ὁ δέ φησιν "ὥστε τὸν τῆς V. 84 βασιλείας ἐξωσθέντα Μιχαὴλ τὸν ἐμὸν κηδεστὴν εἰς τὴν ἰδίαν τιμὴν αὖθις ἀποκαταστῆσαι καὶ τὰς εἰς αὐτὸν γεγονυίας ὕβρεις ἐπεξελθεῖν καὶ τὸ ὅλον ἐκδικῆσαι αὐτόν." οἱ δέ φασι πρὸς αὐτόν, ὡς "εἰ τὸν Μιχαὴλ θεασάμενοι γνωρίσομεν, προσκυνήσομέν τε εὐθὺς αὐτὸν καὶ τὴν πόλιν παραδῶμεν." ταῦτα ἀκούσας ὁ Ῥομπέρτος προστάσσει εὐθὺς τὸν Μιχαὴλ

2. τοῦ om. CG. τε : δὲ G. πανταχοῦ CG. 5. ante τοῦ excidit διὰ. 7. καὶ τὰς καλύβας — πολλαπλασιαζομένας add. P in margine. 8. καθεκάστην om. CG. 10. τῷ : τὸ G. 12. διεκκρυκεύετο P. 17. ἐξωθέντα A. 18. τιμὴν om. A.

cum machinas extra urbem et ingentem exstructam turrem conspexissent, ipsis Dyrrhachii muris altiorem, coriis undique circumdatam, et ballistas insuper impositas, et totum murorum ambitum castris cinctum, et confluentes undique ad Robertum socios, et oppida, quae adiacebant, in transcursu diruta, et tabernacula hinc quotidie multiplicata: terrore affecti sunt. etenim perspexerunt iam, ducem Robertum non eo consilio Illyricum occupasse, ut urbibus agrisque vastatis, praeda magna potitus, in Apuliam rediret, quemadmodum ubique perhibebat, sed imperium Romanorum appetentem, Dyrrhachium ab ipso, quod aiunt, carcere oppugnatum contendere. iussit igitur Palaeologus de muris interrogari Robertum, cur advenisset? quibus respondit, in animo esse, Michaelem, regno pulsum, sibi affinem, in dignitatem pristinam restituere et iniurias illatas animadvertere omninoque eum ulcisci. ad haec illi, si Michaelem conspicati agnoscerent, continuo se adoraturos urbemque tradituros. quibus Robertus auditis, iussit statim Michaelem, splendida veste indutum,

λαμπρῶς ἀμφιασθέντα ὑποδειχθῆναι τοῖς τῆς πόλεως οἰκήτορσιν. ἀπαγαγόντες δὲ τὸν τοιοῦτον μετὰ λαμπρᾶς προπομπῆς, B παντοίοις ὀργάνοις μουσικοῖς καὶ κυμβάλοις κατακτυπούμενον ὑποδεικνύουσιν. ἅμα δὲ τῷ τοῦτον θεάσασθαι, ἄνωθεν μυρίαις ὕβρεσιν ἔπλυνον, μὴ ἐπιγινώσκειν αὐτὸν ὅλως διισχυριζόμενοι. ὁ δὲ Ῥομπέρτος παρ' οὐδὲν ταῦτα θέμενος, τοῦ προκειμένου ἔργου εἴχετο. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα οἵ τε ἐντός, οἵ τε ἐκτὸς πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, ἄφνω τῆς πόλεως ἐκπηδήσαντές τινες μετὰ τῶν Λατίνων συναίρουσι πόλεμον, καὶ μερικῶς αὐτοὺς καταβλάψαντες αὖθις εἰσῆλθον εἰς τὸ Δυρράχιον. περὶ δέ γε τοῦ συνεφεπομένου μοναχοῦ τῷ Ῥομπέρτῳ διαφόρου γνώμης ἦσαν οἱ πλείους. οἱ μὲν διεκήρυττον τὸν C οἰνοχόον λέγοντες εἶναι Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ Δούκα, οἱ δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον διεβεβαιοῦντο τὸν αὐτοκράτορα Μιχαὴλ τὸν τοῦ βαρβάρου συμπένθερον, δι' ὃν καὶ τὸν πολὺν ἀνείλετο πόλεμον, ὥς φασιν· ἔνιοι δὲ διενίσταντο ἀκριβῶς εἰδέναι, ὅτι σκῆψις ἦν τὸ ὅλον τοῦ Ῥομπέρτου. οὐ γὰρ αὐτόμολος εἰς αὐτὸν ἐκεῖνος ἐληλύθει, ἀλλ' ἐπεὶ ἀπὸ ἐσχάτης πενίας καὶ τύχης ἀφανοῦς διὰ δραστηριότητα φύσεως καὶ φρονήματος ὄγκον πασῶν τῶν κατὰ τὴν Λογγιβαρδίαν πόλεων καὶ χωρῶν καὶ αὐτῆς τῆς Ἀπουληΐας ἐγκρατὴς γεγονὼς κύριον ἑαυτὸν κατέστησεν, ὡς ὁ λόγος ἄνωθεν φθάσας ἱστόρησε, μετ' οὐ

1. ἀμφιασθῆναι καὶ CG. 2. καὶ ἀπαγαγόντες τοῦτον A. τὸν τοιοῦτον C et in margine P, τοῦτον PGA. vid. annotat. πομπῆς A. 4. ὑποδείκνυσιν G. μυρίοις C. 5. ἐπέπλυνον CG. 7. ἐντὸς καὶ ἐκτὸς CA. 8. διέλεγον A. 11. τοῦ om. G. 18. ἐκεῖνον CG. 19. τῆς φύσεως G. 22. ὁ om. G.

urbis incolis ostendi; cumque is splendida pompa, musicorum omnis generis instrumentorum et cymbalorum cantu, in conspectum prodiret, illico de muris omnia in eum maledicta iaciunt, agnoscere se hominem prorsus negantes. Robertus nihili haec habens, operi proposito instabat. sed dum quique intus quique extra erant, ita inter se colloquuntur, clam egressi ex urbe nonnulli, manum cum Latinis conserunt, et postquam aliquantum damni intulere, Dyrrhachium recedunt. de eo autem, qui Robertum comitabatur, monacho inter se plerique dissentiebant. nam alii pincernam esse imperatoris Michaelis Ducae affirmabant, alii Michaelem ipsum barbari illius consocerum, propter quem etiam magnum suscepisset bellum; nonnulli perseverabant certo se scire, totum Roberti commentum esse. neque enim (ita aiebant) Michael ad Robertum transfugit; sed cum hic ex summa egestate et obscuritate fortunae audaci et arroganti animo omnibus Longibardiae urbibus agrisque atque ipsa Apulia potitus, regnum

πολὺ εἰς ἔφεσιν πλειόνων ἐλθὼν, ὁποῖα ταῖς ἀκορέστοις ἐγγί- D
γνεσθαι εἴωθε ψυχαῖς, τῶν κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν διακειμένων
πόλεων δεῖν ἔγνω ἀποπειρᾶσθαι καὶ οὕτως, εἰ εὔοδα αὐτῷ
τὰ πράγματα γένοιτο, τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι. καὶ
γὰρ πᾶς φιλοχρήματος, ἐπειδὰν ἀρχῆς δράξοιτο, γαγγραίνης P. 105
οὐδὲν διενήνοχεν, ἥτις ἐπειδὰν σώματος ἐπιλάβοιτο, οὐδαμῶς ἵσταται, μέχρις ἂν τὸ ὅλον διαπορευομένη λυμήνηται.

2. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ πάντα διὰ γραμμάτων τοῦ Παλαιολόγου ἀναδιδαχθεὶς, καὶ ὅτι κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα διαπεράσας (ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε,) καὶ τοσούτῳ κλύδωνι καὶ ναυαγίῳ κατασχεθεὶς καὶ οἵᾳ θεομηνίᾳ περιπεσὼν, οὐχ ὑπεστάλη, ἀλλὰ τὸν Αὐλῶνα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ συνελθόντων ἐξ ἐφόδου κατέσχε, καὶ ὅπως αὖθις ἁπανταχόθεν ἀπειροπληθεῖς δυνάμεις ἐς αὐτὸν συρρέουσι νιφάσιν ἐοικυῖαι
χειμερίῃσι, καὶ οἱ κουφότεροι τὸν ψευδώνυμον ἐπ' ἀληθείας B
Μιχαὴλ εἶναι τὸν βασιλέα πιστεύοντες προσέρχονται τῷ Ῥομ- V. 85
πέρτῳ, ἐδεδίει πρὸς τὸ τῆς ὑποθέσεως ἀποβλέπων μέγεθος. καὶ τὰς ὑπ' αὐτὸν δυνάμεις μηδὲ τὸ πολλοστὸν τῶν τοῦ Ῥομπέρτου σωζούσας κατανοῶν, δέον ἔκρινεν ἐκ τῆς ἑῴας τοὺς Τούρκους μετακαλέσασθαι, καὶ τηνικαῦτα περὶ τούτου δηλοῖ τῷ σουλτάνῳ. ἀλλὰ καὶ τοὺς Βενετίκους προσκαλεῖται δι' ὑποσχέσεων καὶ δώρων, (ἀφ' ὧν, ὥς φασι, καὶ τὸ βένετον

2. εἴωθε γίγνεσθαι G, εἴωθε γίνεσθαι C. τὸ om. G. 6. κατὰ οὐδὲν C. 8. αὐτοκράτωρ : βασιλεὺς A. γραμμάτων: γραφῶν A. 9. ἀναδιδαχθεὶς : ἀναμαθὼν A. 16. τὸν βασιλέα εἶναι A. 19. τοὺς add. A. 21. σουλτὰν G.

sibi comparasset, ut supra exposuimus; brevi post maiora appetens, id quod immodicis insitum esse solet ingeniis, Illyrici urbes tentandas duxit: quae si prospere sibi successissent, ulterius grassandum. quippe omnis avaritia, ubi initium cepit, a gangraena nihil differt, quae cum corporis partem attigerit, nullo modo consistit, donec totum perdiderit.

2. Sed imperator cum Palaeologi litteris edoctus esset, mense illum Iunio (ut supra iam relatum est,) traiecisse et quamvis tempestate gravissima ac naufragio interceptum deique ira adflictum, tamen non absterritum esse, sed Aulonem cum iis, qui comitabantur, statim cepisse, et innumeras undecunque ad eum copias nivium instar hibernarum confluere, et qui leviore animo essent, Pseudomichaelem illum re vera pro imperatore habentes, ad Robertum transire; sollicitatus est, difficultatem rei, quam sibi proposuit. secum reputans. cumque suas copias ne multesimam quidem partem Roberti copiarum aequare animadverteret, ex Oriente Turcas arcessendos duxit; idque sultano significavit. idem pollicitationibus donisque Venetos,

χρῶμα ἐν ταῖς ἱππικαῖς ἁμίλλαις Ῥωμαίοις ἐξεύρηται,) τὰ
μὲν ἐπαγγειλάμενος, τὰ δὲ καὶ προτείνων ἤδη, εἰ μόνον θε-
C λήσαιεν τὸ ναυτικὸν ἁπάσης τῆς χώρας αὐτῶν ἐξοπλίσαι καὶ
τάχιον εἰς τὸ Δυρράχιον καταλαβεῖν, ἐφ' ᾧ τοῦτο μὲν φυλά-
ξαι, μετὰ δὲ τοῦ στόλου τοῦ Ῥομπέρτου καρτερὸν συστήσα-
σθαι πόλεμον. καὶ εἰ κατὰ τὰ διαμηνυθέντα αὐτοῖς ποιήσαιεν,
εἴτε θεοῦ ἐπαρήγοντος τὴν νικῶσαν σχοῖεν, εἴτε (ὁποῖα συμ-
βαίνειν εἴωθεν,) ἡττηθεῖεν, ἐκεῖνα αὐτὰ λήψονται κατὰ τὰ
ὑπεσχημένα, ὥσπερ εἰ κατὰ κράτος ἐνίκησαν. ἀλλὰ καὶ ὁπόσα
τῶν θελημάτων αὐτῶν μὴ ἐπισφαλῆ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ
εἶεν, ἀποπληρωθήσονται διὰ χρυσοβούλλων λόγων ἐμπεδωθέν-
τα. οἱ δὲ τούτων ἀκούσαντες, πάντα ὅσαπερ ἤθελον αὖθις
D διὰ πρέσβεων ἐξαιτησάμενοι, τὰς ὑποσχέσεις βεβαίας λαμ-
βάνουσι. τηνικαῦτα τοίνυν στόλον εὐτρεπίσαντες διὰ παντοίου
εἴδους πλοίων, τὸν πρὸς Δυρράχιον ἀπόπλουν ἐποιοῦντο σὺν
εὐταξίᾳ πολλῇ. καὶ πολλοὺς κελεύθους διανηξάμενοι, κατέ-
λαβον τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς ὑπεραμώμου θεοτόκου πάλαι ἀνοι-
κοδομηθὲν τέμενος· εἰς τόπον Παλλία καλούμενον ἀπέχοντα
τῆς παρεμβολῆς τοῦ Ῥομπέρτου, ἔξωθεν τοῦ Δυρραχίου κει-
μένης, ὡσεὶ σταδίους ὀκτωκαίδεκα. θεασάμενοι δὲ τὸ ναυτι-
P. 106 κὸν τοῦ Ῥομπέρτου ἐκεῖθεν τῆς πόλεως Δυρραχίου παντοίῳ

1. ἁμίλλαις om. A. Ῥωμαίων G. 4. εἰς om. G. 6. διαμηνυθέντα C, μηνυθέντα PG. 11. ἀποπληρωθήσεται C, ἀποπληρώσονται G, ἀποπληρωσήσονται A. 14. τοίνυν A et in margine P, γοῦν PG. 15. πλοίων πρὸς τὸ Δυῤῥάχιον A. 16. πολλοὺς: lege πελάγους. vid. annotat. 17. ὑπεραμώμου: ὑπεραγίας A. 20. σταδίοις G. δὲ: καὶ G, om. A.

(unde veneto colori in certaminibus equestribus nomen a Romanis inditum fuisse dicitur) in auxilium vocat, partim promittens, alia etiam statim offerens, dummodo cum omnibus copiis maritimis celerrime Dyrrhachium vellent petere, ut et urbem tuerentur, et cum classe Roberti proelio dimicarent. quod si fecissent, quemadmodum ipsis significatum esset, sive deo iuvante victoriam reportassent, sive, ut sunt casus rerum, superati essent, eadem illa, quae polliceretur, accepturos esse, acsi devicissent hostem. praeterea etiam, si quae cuperent, quae salva re Romana concedi possent, ea, bullis aureis firmata, praestitum iri. quibus illi auditis, quaecunque volebant, per legatos postulant, et ubi promissorum fidem acceperunt, classe ex omnis generis navibus ornata, Dyrrhachium solvunt satis bono ordine; et pelagi alta permensi, appellunt ad templum in nomine superimmaculatae dei matris olim exstructum in loco, qui Pallia vocatur, a Roberti castris, extra Dyrrhachium positis, octodecim ferme stadiorum spatio. sed cum Roberti classem e regione Dyrrhachii

εἴδει πολεμικῶν ὀργάνων περιπεφραγμένον, ἀπεδειλίασαν πρὸς τὸν πόλεμον. μεμαθηκὼς δὲ τὴν τούτων ἔλευσιν ὁ Ῥομπέρτος, πέμπει τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαϊμοῦντον πρὸς αὐτοὺς μετὰ στόλου, μηνύων εὐφημῆσαι τὸν βασιλέα Μιχαὴλ καὶ αὐτὸν τὸν Ῥομπέρτον. οἱ δὲ εἰς νέωτα τὴν εὐφημίαν ἀνήρτων. ἑσπέρας δὲ καταλαβούσης, ἐπεὶ οὐκ ἐνῆν αὐτοῖς ταῖς ἀκταῖς προσπελάσαι, νηνεμίας οὔσης, συναρτήσαντες τὰ μείζονα τῶν πλοίων καλωδίοις τε δεσμήσαντες καὶ τὸν λεγόμενον πελαγολιμένα συναπαρτίσαντες, πύργους τε ξυλίνους ἐν τοῖς ἱστοῖς αὐτῶν οἰκοδομήσαντες, διὰ καλωδίων ἀνήγαγον ἐν αὐτοῖς B τὰ ἑκάστῳ αὐτῶν συνεφεπόμενα μικρὰ ἀκάτια. ἐντὸς δὲ τῶν τοιούτων ἄνδρας ἐνόπλους εἰσαγαγόντες, ξύλα τε παχύτατα εἰς μέρη διατεμόντες, οὐκ εἰς πλεῖον πήχεως ἑνός, σιδηρέους ἥλους ὀξεῖς ἐμπήξαντες ἐν αὐτοῖς, τὴν τοῦ Φραγγικοῦ στόλου ἐξεδέχοντο ἔλευσιν. ἡμέρας δὲ ἤδη αὐγαζούσης, καταλαμβάνει ὁ Βαϊμοῦντος τὴν εὐφημίαν ἐξαιτούμενος. τῶν δὲ εἰς τὸν πώγωνα αὐτοῦ ἐφυβρισάντων, τοῦτο ὁ Βαϊμοῦντος μὴ ἐνεγκών, αὐτὸς πρῶτος κατ' αὐτῶν ἐξορμήσας, τοῖς μεγίστοις V.86 τῶν αὐτῶν πλοίων προσεπέλασεν, εἶτα καὶ ὁ λοιπὸς C στόλος. καρτεροῦ δὲ πολέμου συρραγέντος, ἐπεὶ ὁ Βαϊμοῦντος καρτερώτερον αὐτοῖς ἐπεμάχετο, ἓν τῶν εἰρημένων ξύλων

3. Βαϊμοῦνδον GA hic et infra. 5. ἀνήργουν A. 6. ἐνῆν : ἦν A. 7. οὐκ οὔσης coni. Hoeschel. vid. annotat. συναρτίσαντες A. 10. ἱστίοις libri, correxit Wilken. Hist. Comn. p. 161. 12. τῶν τοιούτων : τούτων G. 13. πήχεος GA. 14. πήξαντες G. 16. αἰτούμενος A. 21. καρτερώτατον A. ἀπεμάχετο A.

conspexissent, omni instrumentorum bellicorum genere instructam, animum ad proelium demittebant. Robertus, cognito eorum adventu, Boëmundum filium cum classe mittit, qui eos et regi Michaeli et ipsi Roberto fausta acclamare iussit; quam rem in crastinum illi distulere. vesperascente autem coelo, cum littori applicare non liceret, maiora navigia, cessante vento, rudentibus inter se devinciunt maritimumque, qui dici solet, portum efficiunt; turres ligneas in malis ita exstruunt, ut quae singulas naves sequebantur scaphae, eas funibus sublime traherent; in quas armatos imponunt stipitesque crassissimos, in longitudinem fere cubiti dissectos, acutis infixis clavis ferreis. sic Francicae classis opperiuntur adventum. luce orta, Boëmundus accedit, et ut acclamarent poscit; at illi cum in os eum illuderent, id Boëmundus non ferens, ipse primus in eos invehitur, et maxima eorum navigia aggreditur: quem cetera classis sequitur. atroci exorta pugna, cum Boëmundus gravius instaret, illi, uno ex truncis, quos diximus, deiecto, statim perforant navem, in qua Boëmundus

ἄνωθεν ῥίψαντες, εὐθὺς διέτρησαν τὴν ναῦν, ἐν ᾗ ὁ Βαϊμοῦντος ἐτύγχανεν ὤν. ὡς δὲ ἀναρροιβδήσαντος τοῦ ὕδατος καταποντίζεσθαι ἔμελλεν, οἱ μὲν ἐξερχόμενοι τῆς νεώς, ἐξ οὗπερ ἔφυγον, εἰς τοῦτ' αὐτὸ ἐνέπιπτον καὶ ἐβυθίζοντο, οἱ δὲ μετὰ τῶν Βενετίκων μαχόμενοι ἀνῃρέθησαν· ἐκεῖνος δὲ εἰς κίνδυνον ἤδη ἐληλακώς, εἰς ἓν τῶν αὐτοῦ πλοίων εἰσπηδήσας, εἴσεισιν. ἐπὶ πλέον δὲ θαρρήσαντες οἱ Βενέτικοι καὶ
D τὴν κατ' αὐτῶν μάχην θαρραλεώτερον συνάψαντες καὶ τελείως κατατροπωσάμενοι τούτους, ἐδίωξαν ἄχρι τῆς τοῦ Ῥομπέρτου σκηνῆς. ἅμα δὲ τῷ τῇ χέρσῳ πελάσαι, εἰσπηδήσαντες ἄλλον πόλεμον μετὰ τοῦ Ῥομπέρτου συνάπτουσι. τούτους θεασάμενος ὁ Παλαιολόγος, ἐξελθὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ κάστρου Δυρραχίου μαχόμενος ἦν μετ' αὐτῶν. καρτεροῦ γοῦν γεγονότος πολέμου καὶ μέχρι τῆς Ῥομπέρτου παρεμβολῆς φθάσαντος, ἐκεῖθεν ταύτης πολλοὶ ἐδιώχθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ παρανάλωμα ξιφῶν γεγόνασιν. οἱ δὲ Βενέτικοι λείαν πολλὴν ἀφελόμενοι, εἰς τὰ ἴδια πλοῖα παλινοστήσαντες εἰσῄε-
P. 107 σαν, ὁ δὲ Παλαιολόγος εἰς τὸ κάστρον αὖθις εἴσεισιν. ἡμέρας γοῦν τινὰς οἱ Βενέτικοι διαναπαυσάμενοι, ἀποστέλλουσι πρὸς τὸν βασιλέα πρέσβεις διαμηνύοντες τὰ γεγονότα. ὁ δὲ φιλοφρονησάμενος αὐτούς, ὡς εἰκός, καὶ μυρίων εὐεργεσιῶν ἀξιώσας ἀπέλυσεν, ἀποστείλας μετ' αὐτῶν χρήματα ἱκανὰ πρός τε τὸν δοῦκα Βενετίας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἄρχοντας.

3. ἔμελλεν A, ἔμελλον PG. 4. οὗπερ CA, ἥσπερ P, ᾗπερ G. τοῦτο αὐτὸ A. 5. ἀνῄρουντο A. 6. ἐληλαχηκὼς G. 18. αὖθις A, εὐθὺς PG. 22. στείλας A.

forte erat. quae, subeunte aqua, cum in eo esset, ut mergeretur, alii navem egressi, in id ipsum, quod fugiunt malum, ruunt et merguntur: alii cum Venetis pugnantes occiduntur. Boëmundus autem, qui in discrimen iam adductus esset, in aliud navigium insiliens se subduxit. Veneti alacriori animo cum hostibus contendunt, eosque plane in fugam versos persequuntur usque ad Roberti castra. ubi littori appropinquarunt, e navibus in terram descendunt et aliud proelii genus cum Roberto conserunt. quos conspicatus Palaeologus, eruptione et ipse ex Dyrrhachii arce facta, cum Venetis arma coniungit. cumque gravis dein exorta pugna ad Roberti usque castra processisset, in fugam hinc multi pelluntur, multi etiam trucidantur. Veneti, magna praeda potiti, ad naves suas redeunt; Palaeologus se in arcem rursus recipit. postquam aliquot dies quieti indulserunt, Veneti legatos ad imperatorem mittunt, qui ea, quae contigerant, nuntiarent. quos ille benevole, ut par erat, exceptos et innumeris beneficiis affectos dimittit, satis amplis ad Venetiae ducem quique sub eo erant magistratus, muneribus una missis.

3. Ὁ δὲ Ῥομπέρτος μαχιμώτατος ὤν, δεῖν ἔγνω μὴ ἀφίστασθαι τοῦ πολέμου, ἀλλὰ καρτερῶς μάχεσθαι. χειμῶνος δὲ ὄντος οὐκ ἦν αὐτῷ τὰ πλοῖα εἰς τὴν θάλασσαν καθελκύσαι· ἀπεῖργε δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λογγιβαρδίας ἐρχομένους B καὶ τοὺς τὰ πρὸς χρείαν αὐτῷ ἐκεῖθεν κομίζοντας ὅ τε Ῥωμαϊκὸς καὶ ὁ τῶν Βενετίκων στόλος, τὸν ἀναμεταξὺ πορθμὸν ἐπιμελῶς τηροῦντες. ὡς δὲ τὸ ἔαρ ἤδη παρῆν καὶ ὁ θαλάττιος κλύδων ἐπέπαυτο, πρῶτον μὲν οἱ Βενέτικοι λύσαντες τὰ πρυμνήσια κατὰ τοῦ Ῥομπέρτου ἐξώρμησαν· ἐχομένως δὲ τούτοις ὁ Μαύριξ μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀπέπλευσε στόλου. καὶ συναίρεται πόλεμος ἐντεῦθεν βαρύτατος, καὶ οἱ τοῦ Ῥομπέρτου τὰ νῶτα διδόασιν. εἶτα δεῖν ἔγνω ὁ Ῥομπέρτος ἅπαντα τὸν αὐτοῦ στόλον ἑλκύσαι εἰς τὴν χέρσον. οἱ δὲ νησιῶται καὶ τὰ παρὰ θάλατταν τῆς ἠπείρου πολίχνια καὶ ὁπόσοι ἄλ- C λοι φόρους παρεῖχον τῷ Ῥομπέρτῳ, τεθαρρηκότες διὰ τὰ συμπεσόντα αὐτῷ, οὐχ ἑτοίμως τὰ ἐπιτεθέντα βάρη ἐδίδουν, τὴν αὐτοῦ κατὰ θάλατταν μαθόντες ἧτταν. δεῖν οὖν ἔγνω πλείονι περιεργίᾳ πολέμου χρήσασθαι καὶ διά τε θαλάσσης καὶ ἠπείρου μάχεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐνῆν τὰ κατὰ γνώμην εἰς ἔργον προάγειν, δεδιὼς τὸ ναυάγιον, ἀνέμων μεγάλων τηνικαῦτα πνεόντων, ἐγκαρτερήσας ἐπὶ δυσὶ μησὶ πρὸς τὸν

3. οὐκ ἐ . . . . . πλοῖα A. an ἐνῆν? 7. τὸ om. G. 10. μάβριξ A. μετὰ A, κατὰ PG. τοῦ om. A. 12. διδόασι, καὶ περὶ τὸν γλυκὺν ποταμὸν ηὐλίσαντο. ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ ἐκ τοῦ δυῤῥαχίου ἀπεῖργον χορταγωγίας χάριν A. 20. προάγειν C, ἄγειν PG. 21. μησὶ δυσὶ G.

3. Robertus, ut impiger militiae erat, bellum deponere non oportere arbitrabatur, verum fortiter pugnandum. sed cum hiems esset, naves in mare deducere non licuit; prohibuit etiam qui e Longibardia veniebant commeatumque apportabant, classis Romana et Veneta, freto inter utramque terram diligenter custodito. vere autem inito, cum mare ventis saevire desiiset, primum Veneti contra Robertum solvunt: quibus mox Maurix cum classe Romana se adiungit; proelioque commisso gravissimo, Roberti milites terga vertunt. tum Robertus classem omnem in continentem subducendam statuit. insulani autem et continentis oppida maritima et quotquot praeterea vectigales Roberto erant, animo propter ea, quae illi acciderant, erecto, aegre iam tributa pendebant, quippe qui cladem mari acceptam cognossent. censuit igitur maiorem sibi ad bellum diligentiam adhibendam et terra marique pugnandum. sed cum quae animo agitabat, perficere non posset, validis eo tempore ventis flantibus, naufragium timens, duos fere menses in portu urbis Iericho se continebat atque ad bellum terra

λιμένα τῆς Ἱεριχὼ ηὐτρεπίζετο, βουλόμενος ἀπό τε τῆς θα-
D λάττης καὶ τῆς ἠπείρου μάχεσθαι, καὶ τὰ τῆς μάχης ἐξήρτυεν.
V. 87 ὁ δὲ στόλος ὅ τε Βενέτικος καὶ ὁ Ῥωμαϊκός, ὡς ἐνόν, τὸν πορθμὸν ἐτήρει, καὶ ὁπηνίκα μικρὸν ἡ θάλασσα τοῖς βουλομένοις πλεῖν νῶτα ὑπεῖχε, τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς τὸν Ῥομπέρτον ἐπιχειροῦντας διαπερᾶν ἀπεῖργεν. ὡς δὲ οὐδ' ἀπὸ τῆς ἠπείρου ῥᾳδίως ἐνῆν τὰ πρὸς χρείαν κομίζεσθαι περὶ τὸν Γλυκὺν ποταμὸν αὐλιζομένοις αὐτοῖς, τῶν ἐκ τοῦ Δυρραχίου ἀπειργόντων τοὺς χορταγωγίας χάριν ἢ συγκομιδῆς ἑτέρας
